

iter mutuum. Unde est vera usura, sed velato aliquo pretextu, ut si deponas apud Titium aliqui in pondere, numero, vel mensura confidens, data ei facultate utendi, & ad libitum disponendi cum pacto ut pro usu aliquid ultra capitale solvat: nam tunc est re ipsa mutuum, l. 9. §. de reb. credit. & sic lucrum inde proveniens est usura.

Quest. VII. An & quo iure usura est prohibita? Resp. Quælibet (vid. N. 23.) usura omni iure prohibita est. Et 1. quidem iure divino annuntiat Ezech. 18. Ubi usura gravissimis criminibus annuntiat. Uxorem proximi sui possidem, spem tuam & pauperem contriviscentem, rapientem rapinas, pius non reddentem, & ad idola tracentem oculos suos, ad usuram dantem, & amplius accipientem, num quid videris? Non crederet cum universa hec detegant da fecerit, morte morietur. Et Pl. 14. Quis basiliscum in tabernaculo tuo... qui pecuniam suam non dedit ad usuram. Quom loco de precepto explicat Conc. Nicen. l. c. 37. & Luc. 6. Mutuum date nihil inde sperantes. Equidem (ut notat S. Th.) mutuum dare, potest esse interdum consilium; sed lucrum ex mutuo non querere semper est preceptum: sicut in Illo, et. 79. Vocite, & reddite vota Domino Deo vestro, prius verbum continet consilium, posterius vero preceptum. Quare Cope. Gen. Later. II. can. 13. ait, usuram divinis legibus in veteri & novo Testamento prohibitam esse: idem docet Conc. Gen. Later. III. c. 25. Et Conc. Gen. Vienn. c. Ex gravi, sic debet: Si quis in illum errorem incidit, ut pertinaciter asserens presumat, exercere usuras non esse peccatum, decernimus eum velut hereticum puniendum. His adde Patrum ephesum. Pro omnibus finit S. Basil. in Plalm. 14. S. Gregor. Nyssen. hom. 4. in Ecclesiasten, S. Ambr. lib. de Tobia c. 14. S. Chrysost. hom. 5. in Matth. S. Hieron. in c. 18. Ezech. S. Aug. in Psal. 74. ferm. 3. S. Leo. ferm. 6. de Iesumo decimo mensis.

2. Jure divino naturali, ut docet communis sententia Doctorum. Nam recta ratio dicit esse illicitum, & contra justitiam commutativam, in contractu, ubi servanda est æqualitas, plus exigere, vel accipere villius, quam valeat res que datur: nam in hoc est inæqualitas, ideoque iniustitia. Sed aliquid supra fortem, seu rem mutuo datam accipere ratione mutui, est plus accipere, quam valeat res data, ut patet: nam fers reddenda iam est æqualis valoris cum re mutua... Unde ipsi ethnici solo lumine naturali norunt usuræ soliti, ut Plato l. 1. de leg. Aristoteles l. 1. Polit. c. 7. Cato, Cicero, Seneca, Plutarchus &c. Adde quod ex S. Th. 2. 2. qu. 108. art. 1. & 2. ex consensu Theologorum omnia præcepta divine legis evangelicæ sunt juris naturalis, præter præcepta de sacramentis & de fide.

3. Jure canonico, ut patet ex toto titulo de usuris, & ex penis contra usurarios statutis. Hinc usurarii compellendi sunt tum ad omnes contractus

usurarios utpote iniustos refundendos, antequam absolvantur; tum ad restituendum usuras & compensandum omne lucrum cessans & damnum emergens ex usuris solvendi.

Obj. 1. Deus permittit Judæis, ut usuras acciperent ab extraneis, Deut. 15. Non fœderaverit fœderi tuo ad usuram, sed alieno.

Resp. Deus non permittit usuram proprie dictam, nempe lucrum ratione mutui proveniens; sed ad summum, ut supremis honorum omnium donis occasione mutui Judæis concessit dominium rei reddere forti, sicut tradidit illis vasa Ægyptiorum. Unde Judæi auctarium non vi mutui, sed vi donationis divine accipiant. Porro hæc concessio multi restringitur ad illos alienigenas, quibuscumque Judæi iustum bellum gerebant. Ita S. Anbr. lib. 6. de Tobia c. 15. ubi ait: Quis erat tunc alienigena, nisi Amalech, nisi Amoræus, nisi hostis tibi, inquit, usuram exige. Cui jure inferuntur animas hæc legitime inducuntur usura... ab hoc usuram exige, que non sit crimen occidere. Ibidem dicit: Sine dubio maleficus, qui ad usuram dedit.

Dixi, Ad summum. Quia Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 78. art. 2. ad 2. docet, id non fuisse eis concessum ut licitum, sed duntaxat toleratum ad majus malum vitandum, ne scilicet a Jerusalem Deum colentibus usuras acciperent propter avaritiam, cui dediti erant.

Ne obstat illud Deuter. Fœderabis gentibus multitis, ipse a nullo fœnus accipies. Nam fœnerare libi significat mutuum dare, & fœnus accipitur pro mutuo. Libi quippe promittitur divitiarum abundantia.

Obj. 2. Montes pietatis, qui sunt consules peccatorum publicæ auctoritate instituti ad mutuum dan pauperibus, approbati sunt a Concil. Later. V. tamen in illis aliquid exigitur supra fortem.

Resp. Illud auctarium non exigitur ratione mutui, sed damni emergentis, seu pro eorum impensis & indemnitate duntaxat, ut expresse declarat Conc. Later. V. Nam ad conservationem & administrationem horum montium conducitur mitti, quibus debetur aliqua merces, que si sumeretur esse ipsa forte reddenda, brevi montes illi exhaurerentur, & sic damnus emergeret ex mutuo. Carn autem montium conservatio, indemnitas & administratio ordinatur ad utilitatem accipientium; ut semper paratam pecuniam invenire possint absque necessitate adeundi usurarios cum majori suo damno, æquum est ut pro ea aliquid conferant, nam qui commodum sentit, omnis quoque sentire debet, ex reg. jur. 55. in 6. (1).

Obj. 3. Mutuus privat se potestatem mundi & fruendi re mutua, quam alias haberet.

Resp. Non ideo licet aliquid supra fortem exigere pro privatione ista. Quia sicut potestas illa non habet æstimabilitatem distinctam ab æstimabilitate illius rei;

rei; ita privatio illius potestatis non habet æstimabilitatem distinctam ab æstimabilitate privationis ipsius rei. Privatio autem rei sufficienter compensatur redditione ejusdem, & carentia periculi illius, quantum non redditur, cum mutuant, ut supponitur, ex privatione rei nullum lucrum cesset, nec damnus sequatur.

Nec dicas posse aliquid exigi propter usum rei mutuatæ: nam per se injustum est vendere alteri usum rei non suæ, sed usum alterius ipi pro mutuum enim transferuntur in mutuatarium rei mutuatæ dominium ac proinde usus rei perinet ad illum, proferimus cum usum rerum, que mutantur, non fit æstimandum formam ab illis, siquæ illarum consumptio vel alienatio. Igitur nihil est pro quo lucrum ex mutuo accipi jure possit, ac proinde lucrum ex mutuo est omnino injustum, cum justo titulo careat.

Obj. 4. Jus civile probat usuras, digests & codice de usuris.

Resp. 1. Cum S. Thom. usuram non probantur, sed tolerantur, seu non puniuntur ad impedienda majora mala, sicut tolerantur meretricis. 2. Jus civile potest intelligi de usuris late sumptis, nempe de pecunia; que ultra fortem accipitur ob aliquid inter esse, scilicet vel ob lucrum cessans, vel damnus emergens. 3. Si quedam leges sic explicari non possent, nec supplerentur titulum justum, correctæ sunt per jus canonicum; & sunt per se injuste, ideoque nullæ.

Obj. 5. Ex S. Thom. potest aliquid accipi pro usu pecunie.

Resp. Loquitur de usu pecunie locatæ, non autem mutuatæ; sic enim 2. 2. quæst. 78. art. 1. ad 6. ait: Usus principalis pecunie argenteæ est distractio pecunie in commutationes: unde non licet ejus usum vendere. Tamen potest esse aliquis secundarius usus pecunie argenteæ: puta si quis concederet pecuniam signatam ad operationem, vel ad vendendam loco signati: & talem usum pecunie licite homo vendere potest. Quia scilicet vendens non mutat, sed locat: unde pecunie dominium & periculum retinet.

Obj. 6. Mutuum dare est beneficium præstare.

Resp. Non ideo propter hoc beneficium licet aliquid exigere: immo vero quia mutuum est beneficium, ideo est essentialiter gratuitum, nam beneficium est bonum gratis datum. Ideoque essentialiter gratuitum. Beneficij liberalis que sumus, non ut exigamus gratiam, neque enim beneficium fœneramus, ait Cicero lib. de amicitia. Igitur mutuum est contractus essentialiter gratuitus, & institutus in solis mutuatarii commodum.

Nota. Que ab Auctore in hac septima questione & seq. exposta sunt, & propugnata, confirmat, ac probat S. M. Benedictus XIV. in Epistola Encyclica, quam prima Novembris 1745. dedit ad omnes Italia Episcopos, quæque incipit: Vix pervenit. Sed que huc spectant, clarius & luculenter exponit in digni, ac universæ Ecclesiæ peritili opere de Synodo Diocesana, in quo, ea immens, que de usuris, & contractibus ab Episcopis in Synodi decretis posuit, plura de usuris, & mutuo explicat atque declarat, que cum scitu necessaria videntur, omnia transcripsimus.

2. Omne lucrum ex mutuo, præcise ratione mutuatarii. Anstome Theol. Moral. Tom. II. P. II.

qui, uti loquuntur Theologi, hoc est lucri cessantis, damni emergentis, aliove extrinseco titulo remoto, usurarium, atque omni jure, naturali scilicet, Divino, & Ecclesiastico illicitum esse, perpetua sunt, & est Catholicæ Ecclesiæ doctrina, omnium Consistorum, Patrum, & Theologorum unanimi consensione firmata. Hinc contradixere Græci schismatici, qui teste Guidone Carmelita in Catalogo Hæresiarum, quodcumque lucrum ex mutuo permittunt: Græcis ex parte consensit Calvinus, qui ad cap. 18. Excelestis, licere docuit, aliquid moderatum lucrum, non quidem a paupere, sed a divite, præcise ratione mutui, exigere. Errorem a Calvino obiter infusatum, ex proelio propugnavit Carolus Molinæus in suo tractatu de usuris, ubi n. 10. auster affirmit, usuram, non esse prohibitam, nisi in quantum est contra caritatem; distinguit deinde n. 85. tres hominum gradus. Primus complectitur pauperes, emendicata vite viventes, quibus non mutuo, sed elemosyna succurrendum ait: Alter indigentes, qui pro tempore indigent, quamvis paucis sint mutuo postea restituendo; atque his quoque mutuo gratuito dandum asserit: Tertius gradus complectitur divites, & Mercatores, qui nihil indigent, sed rem suam negotiatione amplificare student, & ab his usuram moderatam, ratione mutui, juste, ac sancte exigere possunt, tradit Molinæus. Eandem prævam opinionem amplectitur, alia ratione defendit Claudius Salmatus, in duplici tractatu, altero inscripto de usuris, altero de irapectico fœnore, quibus in locis usuram, nisi caritatem ledat, ab omni culpa absolvit, eo quod sit merces locata pecunie. Verum quantum plurimi Heterodoxi, Calvini, Molinæi, & Salmatii systemati stabiliendo allaboraverunt, inter quos Petrus Heinicus lib. 2. qu. 1. Gerardus Nodæ de fœnore, & usuris lib. 1. Gronovius & Barbeyrac in notis ad Hucenem Grosium, lib. 1. c. 12. Bohemius Tur. Eccles. Patr. tom. 1. lib. 5. c. 12. Bohemius tamen, que eam Salmatus tutatus est, fere omnes refellunt, recte arbitrantur, mutuatæ pecunie dominium transferri in mutuatarium, ac propterea non posse mutuum locationi ullo pacto computari, sicut testatur Gottfriedus Malcovius in notis ad Pufendorf. lib. 3. cap. 7. §. 5.

3. Impie Calvini, & Molinæi opinioni non veriti sunt subscribere pauci quidam doctores Catholici: distinguunt & isti quædam mutui. Unum quoque pecunia, aliare res datur ad consumptionem, quod plerumque fit cum indigentibus, pecuniam mutuum accipientibus, ut re, suarum familiarum sustentent, debita solvant, siliam nupti tradant &c. Alterum, quo datur ad negotiationem, ut cum Mercatoribus heri solet, qui acceptam mutuo pecuniam negotiatione augment, ingenique ex ea lucrum reportant: in primo casu usuram esse fatentur, quidquid exigitur ultra fortem; at a fœnoris libe excausat lucrum, quod in secundo casu ex mutuo percipitur, dummodo sit moderatum, modumque servet, a patris legibus definitum.

4. Novam hæc distinctionem, ab Hæreticis primæ excogitatum, prævertentur Ecclesiæ Patres, qui uno ore, absolute, atque indefinitè fœnerationem pronuntiaverunt, quidquid ex mutuo ultra fortem exigitur. Tertullianus libro 4. contra Marcionem cap. 17. Ita explicat Ezechielis locum: Pecuniam, inquit, quam fœnoris non deditis, & quod abur-

(1) In montibus Pietatis de novo exigendi nihil ultra fortem exigi potest ab illi, qui mutuum ab eo accipient, etiam titulo expensarum, nisi Apostolicæ Sedis dispensatione, in ex Decreto S. Congregationis Concilii in Causa Neapolitana die 7. Februarii 1737. Ita Benedictus XIV. de Synod. Dioc. Lib. 9. cap. 48. §. 42. sicut neque absque beneficio ejus-

dem Sedis plus exigi potest, quam antea fuerit constitutum, etiam si hoc augmentum necessarium censetur pro sustentatione ministrorum, ut ex eodem Decreto S. Congregationis, ibid. Si vero plus mutui, quam opus sit ad expensas necessarias, tenentur Episcopi moderari ipsas usuras: tunc est autem quod consulas de hac re Sac. Congregationem. Ibid. l. 3.

daverit, non sumet; sanctorum scilicet redandantiam, quod est usura. Baillus in *Plal.* 34. (tom. 5. oper. p. 107.) allegato pariter Ezechielis loco, ait: Ezechiel id in maximis malis venisset, si fructus, & quidpiam ultra sortem acciperetur. S. Ambrosius lib. unic. de *Tobia* cap. 24. num. 19. (tom. 2. oper. col. 107.) Et *esca usura est, & vobis usura est, & quodcumque sortis acciderit usura est.* Sanctus Hieronymus in cap. 18. Ezechielis (tom. 5. oper. col. 210.) *Alii pro pecunia feneratora solum misericordia accipere dixerit, & non intelligunt usuram appellari, & superabundantiam, quidquid illud est, si ab eo quod dederit, plus acciperit.* S. Augustinus in *Psalm.* 36. serm. 3. num. 6. (tom. 4. oper. col. 285.) *Si feneratoris homini, idej mutuum pecuniam dederit, a quo aliquid plusquam dediti expetere accipere, non pecuniam solum, sed aliquid plusquam dediti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive quodlibet aliud: si plusquam dediti, expetitas accipere, fenerator est.* Concilium Agatense relatum a Burchardo lib. 2. cap. 226. Ivone par. 6. cap. 100. & Gratiano *can.* 14. qu. 7. can. 4. *Usura est, ubi amplius requiritur quam datur, v. g. si dederis solidos decem, & amplius quaesieris.* Ex quibus Gratianus ibidem concludit: *Ecce evidenter ostenditur, quod quidquid ultra sortem exigitur, usura est.* Patribus adhaerent veteres Theologi, qui ducit D. Thomas 2. 2. qu. 78. artic. 2. adeo distincte omne lucrum ex mutuo jure naturali, & Divino vetitum asserunt, ut ne minus quidem ab obsequio, aut a lingua, (!) quod certe quid minimum est, nullique onerosum, a mutuario, solius mutui causa, exigi posse dicerent.

5. Neque vero Calvini, & Molinae Affectus suffragantur aut loca Sacrae Scripturae spectant prohibentia, ne pauperes usuris opprimantur, ut Exodi *vers.* 22. Leviticus 25. *vers.* 35. aut feneratoris Patrum, ut Canones Conciliorum, puta 36. ex *Apostolicis* 17. Niceni & 12. Concilii Arelatensis primi, solos Clericos feneratores fereris poenis subijciunt. Etenim antiqui Testamenti pagina, in ipsismet in contrarium adducit locis, & adhuc claris Deuteronomio 23. *vers.* 29. Ezechielis 18. & *Plal.* 14. omnem omnino usuram, absque ullo personatum, a quibus exigitur, discrimine prohibet, & detestatur. Pauperes autem alicubi expresse nominat, vel tantum exempli causa, quia plerumque contingit, ut illi magis egeant opis alienae, & necessitate adacti mutuum accipiant, etiam sub obligatione immoderatum focus solvendi, quemadmodum ad praedictum Exodi caput adnotavit etiam Hugo Grotius; vel quia usurae, quae a pauperibus extorquentur, praeter propriam pravitatem, quamdam reddent levitatem, & immanitatem, speciali nota, & reprehensione dignam, sicuti ratiocinatur Gibalvus de *usuris*, lib. 1. cap. 7. art. 2.

6. In novo autem Testamento Lucae 6. illis Christi Domini verbis, *Mittum datur, nihil inde sperantes*, praecceptum tradi, seu verius naturalem legem iterum inculcari, nihil profus lucri ex mutuo ab illo, sive paupere, sive divite, exigendi, non

solum docet D. Thomas 2. 2. qu. 78. art. 1. ad 4. sed concors fuit Conciliorum, Patrum, summorumque Pontificum sententia, praecipue Urbani III. in *cap. Consumit, de usuris*, qui praefati Textus auctoritate, omnem quantumvis minimam usuram, universim vetitam pronuntiavit; explicans omnem praeter Christi Domini verba, si prohiberi, ait, omnem usuram, & superabundantiam. Dicere autem summos Pontifices, & Concilia praedicti Textus verum, & genuinum sensum non esse assequuta, quod aliquos misistat non puduit, & temerarium, & fere haereticum est: quidquid enim sit, a Ecclesia non solum infallibilis polleat auctoritate, in definiendis quaestionibus Fidem aut mores respicientibus, quod nullus Catholicorum negat, sed etiam in delictu rationum, quas ad suas definitiones stabilendas interdum adducit, de quo nonnulli Catholici dubitarunt, cerum, & indubitatum est, cum errare non posse, in interpretanda Divina Scriptura, ejusque genuino sensu Fidelibus aperiendo.

7. Haud abimilia repositum ad testimonium Patrum: hi siquidem, licet vehementer inveniantur in usuras immoderatas, atque a pauperibus extortas, veluti culmen sceleris, ad quod homines pertrahit fordida, atque insatiabilis avaritia, non ideo tamen approbat moderatas, a divitibus exigendas; quinimmo etiam illas alibi in locis expresse condemnant. Etenimvero Ambrosius *cit. lib. de Tobia* cap. 6. (tom. 1. oper. col. 597.) de his agens, qui pecuniam suam feneratorum non indigent, sui diviti, sed negotiatori, cui uberes proventus pariat, eos in hunc modum increpat: *Nihil nequius feneratoribus, qui aliena damna sua avara arbitrantur, & dispendia suo deputant, quidquid ab aliis possidentur. Accipiantur heredes nosos, adolescentulus divites explorant, per suos adiungunt se, simulantes paternam, & aviam amicitiam, volunt domesticas eorum cognoscere necessitates. . . . Sin vero nullo laqueo alicuius necessitatis offendunt, intereunt tabulari, aiam, nobile praedium esse venale, ampliam domum, accumulantes proventus fructuum, annuos redditus exaggerant; hortantur, ut coequant, similiter faciant pretiosas vestes, & manilia nobilia praedictantes. Neauti se habere pecuniam, ingentium suam, dicentes: Utere, ut tua: de fructibus empti possessionis, pretium multiplicabis, debium reddes; & cap. 14. (col. 607.) *En putas te pie facere, quia a Negotiatore velas manus suscipis? Inde ille fraudem facit in mercum pretium, unde tibi solvit usuram. Fraudis illius tu auctor, tu particeps, tibi proficit quidquid ille fraudaverit. Et esca usura est, & quodcumque sortis accedit usura est. Quod velis etiam non imponas, usura est. Similiter Hieronymus in *cit. cap. Ezechielis* (col. 208. num. 5. oper.) perinde ac si cum illis ipsis congregaretur, contra quos pugnamus, sensus reprobat, etiam ex te percipiente, quae ingentem fructum mutuario attulit, inquires: *Soles argumentari, ac dicere: Dedi unum modium, qui satius feci decem modios, nonne jussum est, ut medium modium de meo plus accipiam, cum ille mea liberalitate novem & semis de meo habeat? Nolite errare, inquit Apostolus, Deus non iridetur.***

(*) Mutuus a lingua perinde esse potest ac mutus a manu, quum utrumque asinari pecunia possit.

107. *Respondet enim nobis breviter fenerator inferior: utrum habentis dederit, aut non habentis. Si habentis, usque dare non debuerat: Sed dedit quia non habentis, ergo quare plus exigit quia ab habente &c.*

8. Ad Canones quod attinet, si argumentum, quod ex illis infulant, quidquam habet roboris, & efficacitatis, probatur, etiam fornicationes, & adulteria esse Laicis permissa, quia plerique Canones in solis Clericis fornicarios, & adulteros; nulla sacra L. alicorum mentione, animadvertunt, quae fase argumenta inepta, & ridicula foret: novum quippe non est Ecclesiam severius in Clericis punire delicta, quae etiam in Laicis execratur; sicuti oportune, & ad rem apposite monuit Concilium Charthaginiense l. *can. 23. Quod in Laicis reprehenditur, ad in Laicis magis in Clericis oportet praedemandari.* Ceterum non desunt alii innumeri Canones Clericos aequae ac Laicos usurarios redarguentes, atque ut alios praetereamus, antiquissima Synodus Eliborhana (*can. 10. tom. 1. collect. Harduin. col. 253.*) haec habet, *Si quis Clericum detestus fuerit usuras accipere, placuit eum degradari, & abstinere. Si quis etiam Laicum accepisset probatur usuras, & promissis correctus jam se cessaturus, nec ulterius exaltatum, placuit ei veniam tribui. Si vero in ea iniquitate duraverit, ab Ecclesia esse prosciendum.* ac Leo Magnus *epist. ad Episcopos per universam Italiam, relata can. 7. 9. xiv. qu. 4.* exagians usura peccatum, ait: *Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in Clericali officio constituti, sed in Laicos cadere, qui Christianus se dicit cupiunt, condolemus.*

9. Jure itaque ac merito Auctores permittentes moderatum lucrum ex mutuo, a divite, & negotiatore exigere, veluti adversantes communi, & perperae Catholicae Ecclesiae doctrine, & inelamantibus, & validissimis argumentis confutatur Navarrus *comment. de usuris* num. 8. & *seq.* Gibalvus, & Leonardus, in suo Quilibet de usuris tractatu, Cardinalis Delug. de *jur. & jur. tom. 2. d. sp. 25.* Jacobus Gayare, in egregio opere, quod concinnavit adversus Molinam, Salmasium, Auctorem libelli Gallici *du traite la pratique des Billets, Saintbeuve in resolut. casuum conscientiae*, tom. 2. ult. edit. Parisi. anni 1700. *cas. 210. pag. 422.* & *seq.* Aloyisius Bultean, seu Bultellus in *apologia pro Lactantio in materia usurarum*, edita Parisi anno 1777. Pouget in *suis Canonic. inquisit.* tom. 1. *pag. 750.* Natalis Alexander *Theolog. dogmat.* & *moral. tom. 1. tract. 2. cap. 7. Genet. Theol. moral. tom. 1. tract. 4. de mutuo, & usura, quae 6. & seq. Pontas in dictionar. *ca. conscientiae tom. 3. verb. Usura.* Continuator praedicti Theolog. Honorati Tournely, *tract. de contract. part. 2. cap. 3.* aliquo plurimi.*

10. Verum, quoniam tot Doctorum auctoritate, & argumentis minime perterriti, praedictam exoticam opinionem nonnulli iterum refricare non dubitarunt, propterea Nos ad Petri Cathedram evecti, ne Catholicae doctrinae paritas, cuius depositum Nobis est a Christo conceditum, hac erroris labe foderetur, datis ad Italiae Episcopos encyclicis litteris sub die prima Novembris 1745. haec inter cetera declaravimus. Primo, omne lucrum ex mutuo ra-

tione mutui, usurarium, & illicitum esse: Secundo, ad usurae labem purgandam, nullum accessit posse subsidium, vel ex eo quod id lucrum non excessivum, & nimium, sed moderatum, non magnum, sed exiguum fit: vel ex eo quod is, a quo id lucrum, solius causa mutui, depositum, non pauper, sed dives existat, nec datum fit mutuo summam relicturiosam, fed ad fortunam suam amplificandas, vel novis comendis praedias, vel quaestibus agitando negotiis, utilissime fit impensus: tertio, quamquam una cum mutuo contractu possint quandoque alii tituli, ut ajunt, forte concurrere, ipsi mutuo extrinseci, & quibus justa oriatur causa aliquid, ultra sortem ex mutuo debitam, exigendi, atque falso, & temere affirmari diximus, ejusmodi titulos semper reperiri, ac ubique praefato esse, itant illorum ratione, quoticumque pecunia, frumentum, aliudve id generis alteri cuiquam creditur, toties semper liceat auctarium moderatum, ultra sortem integram (salvameque recipere. Alia praeterea ediximus, atque in contractibus servanda commendavimus (quae in Episcopalis Synodos nulliter inserti perent) ne usurae malicia inficiatur, sicuti videre est in praefatis nostris litteris impressis tom. 1. nostrae *Constit. Constit. 142.* quae nuperime Theologico commentario illustravit Daniel Concina Ordinis Praedice Theologus.

11. Quamobrem si jampeidem aliquot Episcopos, inter quos Cardinalis de Camus Episcopus Gratiopolitans, Cardinalis de Bissy tunc Episcopus Tullensis, Jacobus Benignus Bossuet Episcopus Meldensis, & Bragadinus Episcopus Veronensis in suis editis, & Pastoralibus instructionibus, praefatum proscriperant erroneam opinionem, utpote quam noverant jam a Conciliis, immemorisque Pontificum Constitutionibus praedamnatam, multo magis iterum nunc erit Episcopus illam, postquam nomen nominatum, & expresse est ab Apostolica Sede reprobata, novis, si opus fuerit, Constitutionibus, & sua Diocesi exturbare, & caetero revere diffaminatas, aut uli ipso approbantes temeris poenis coercere.

12. Post eliminatum Haereticorum errorem, qui paucorum fraudulencia, etiam in Catholicam rempublicam irrepere ceperat, abs re non erit obiter detegere falsam Doctrinam, quae sunt imbuti Judei, inter Christianos degentes. Ex illi Deuter. *verbis cap. 23.* *Non feneratoris fratri tuo ad usuram pecuniam, nec frugem, nec quancumque aliam rem, sed alieno, inferunt Hebraei sibi licere feneratori Christianis, quos, licet inter eos versentur, pro alienis habent, & extraneis.* Facile quidem est hanc Judaeorum fallaciam retundere, ad dicendum cum Ambrosio *cit. lib. de Tobia cap. 17.* in allegato textu, permittum duntaxat fuisse Judeis usuras exigere ab Amorrhaeis, Amalechitis, aliisque vicinioribus populis, a quibus Deus dominum abutulerat rerum omnium, quas possidebant, & Judeis contulerat: ad dicendum cum D. Thom. 2. 2. *cit. q. 76. ar. 1. ad 2.* non fuisse permittum Helveticis uturas exigere ab extraneis, sed toleratum, tamquam minus malum, eo pacto, quo, propter duritiam cordis eorum, fuit in illis toleratum, uxorum repudium; quod etiam ante Divum Thomam feneratorum declaravimus. Primo, omne lucrum ex mutuo ra-

Nunquam fuit iudiciali licitum feneratori alieno, sed permiffum fuit illis, ficut, dare libellam repudiandi, propter avaritiam cordis fui. Peccabant tamen mortaliter feneratorum alieno, fed permiffum eis duplici de cauffa, fcilicet: ne facerent pejus, id est ne feneratorum fivatribus suis: & quia dari erant, & paulatim vberandi ad perfectionem. At quoniam res est cum Hebrais, qui Theologorum, & SS. Patrum autoritatem irritant, nec ullis nobis fuppedit modus evellendi pravam illam opinionem, que in eorumdem mentibus altius egit radices; unum faciendum fupereit, nimirum, ut falfe illius opinionis ufum, qui in detrimentum cedit, & oppreffionem pauperum Chriftianorum, pro viribus impediamus; neque aliter id prefari poffet, quam opportunis Conftitutionibus Epifcoporum, & Chriftianorum Principum edictis, quibus fevere prohibeantur Iudaei Chriftianorum loca incolentes, ne ratione mutui quidquam a Chriftianis extorqueant, & certa fimul prefcribantur quantitas lucri, ultra quam nihil impune exigere poffint ex alius contractibus cum Chriftianis initis.

17. Primum ftatutum fuit in Concilio Albiensi anni 1244. edito a Luca Dacherio rom. 2. *fpiclegi* in cujus cap. 19. (cap. 242.) habetur: *Statutum, & mandatum, in his, que deinceps mutuo certis Iudaei Chriftiani, Chriftianorum fporum ficut fimplici iuramento, ac quidam ufurarum fivis, & in eo quod ufurarum esse dicuntur, se iurati abfolvantur, quod decretum tenentur legitime in Concilio Montis Pefallani, anni 1258. cap. 5. ed. tom. 2. *fpiclegi*. Alterum edixit Innocentius III. in Concilio Generali Lateranenfi cap. 67. relati. in cap. Quarta magis, de ufuris, ubi diftinde vetuit, ne Iudaei obtentu ejuftitiet contractus, quem ceteroquin licite cum Chriftianis inire queunt, graves & immoderatas ufuras exigant: Synodali decreto factum, ut si de cetero, quocumque pretextu Iudaei a Chriftianis graves, & immoderatas ufuras extorqueant, Chriftianorum eis participium fubtrahatur, donec de immoderato gravamine fatisfecerint competeret. Utrumque vero ad compellendos feneratoros Iudaeos in temporalis ditione Ecclefiae commorantes, iterum decernendum confultit Marcus Severolus, facri Confiftorii Advocatus, Nobis, dum viveret, fingularis amicitiae nexu conjunctus, in fuo elaborato fuffragio, edito apud Pafferium in cap. Quamquam 2. post. nu. 84. de ufuris in 6. & ne a Synodo recedamus, ita nuperime ftatuit Epifcopus Pifautensis in fua Diocefana Synodo habita anno 1724. fit. 20. n. 17. cujus exemplum poterunt alii Epifcopi imitari.*

Quaest. VIII. *Quanam propositioes usurae palliative damnatae sunt?*

Resp. 1. Alexander VII. hanc damnavit: *Licitum est mutuantis aliquid supra sortem exigere, si scilicet ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.* Est falfa: nam obligatio non repetendi sortem ante certum tempus est longum, est intrinseca mutuae poffitatio, est enim de ratione mutui in communi, ut res mutuaa regari ratione mutui in communi, ut res mutuaa regari non potest, nisi post certum tempus, varium pro varietate & exigentia cauffae petendi mutui, cum hoc fit necessarium ad finem mutui, qui est gratis impendere subsidium utile proximo: alogui hanc effe mutuum, nec beneficium, igitur obligatio non repetendi sortem ante hoc tem-

pus praefinitum est intrinseca hinc mutuo in individuo. & si terminus fit ad longum tempus, tunc transit ad longum tempus obligatio intrinseca mutuo, & tunc est mutuum longum, seu in longum tempus, ficut mutatio fumma magna est mutuum magnum. Praeterea talis obligatio, seculo alio extrinseco, fufficienter compensatur obligatione mutuarum ad reddendam rem mutuatam post tale tempus, & subeundum toto illo tempore illius periculum. Hinc nec licet aliquid exigere, eo quod mutuanus terminum confitutum proroget: quia est prorogatio mutui, quod ex natura sua est gratuum: & quia nihil potest exigi ratione dilacionis folutionis.

Resp. 2. Innocent. XI. damnavit has duas propositiones. 1. *Cum numerata pecunia pretiofo si numeranda, & nullus sit, qui non majori faciat pecuniam praesentem quam futuram; potest creditor aliquid supra sortem a mutuario exigere, & eo titulo ab usura excusari.* Est falfa: nam centum libere pro se, & seculo omni extrinseco, nec plus, nec minoris valet hodie, quam infra annum, cum semper maneat eadem, & eorum valor praecise pro tempore non creascit. Nec pecunia praesens est utilior poffidenti, si manura fuerit otiosa in arca. Et alogui usura non est illicita, & culibet liceret exigere auctarium vi mutui, quod fidei repugnat: nam in omni mutuo essentialiter datur pecunia praesens non nisi in futurum reddenda.

2. *Usura non est, dum ultra sortem aliquid existit tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum: sed solum si exigatur tanquam ex iustitia debitum.* Est falfa. Quodquid enim rependi debet ex benevolentia & gratitudine, omnino spontanea & liberaliter rependum est, nec exigi potest. Et gratitudo non obligat ad aliquid eorum ac definitum, sed potest impleri variis modis. Praeterea imponitur nova obligatio ex pacto pretio aestimabilis, que est contra naturam remunerationis gratuita ac liberalis, cum imponat necessitatem pacti: Nemo enim in necessitatibus liberalis existit. l. 28. §. de adim. legat.

Quaest. IX. *Nam saltem licet exigere aliquid ultra sortem a divitibus, et iis qui ex pecuniis mutuantis magnum lucrum faciunt, ut sunt Iudaei, mercatores &c?*

Resp. Neg. Ita expresse Conc. Mediol. I. sub S. Carolo, & Clerus Gallicanus Meloduni congregatus, an. 1579. Quia usura in Scriptura generaliter ac sine distinctione pauperis & divitis prohibetur; & quia est per se mala ac iniusta. Quamvis enim non tenearis divitibus mutuae, tamen poitito quod mutuae, non plus potes exigere quam desisti; & pecunia mutuaa iam non est tua, fed ejus cui data est, ad quem proinde pertinet totum lucrum ex ea percipiendum. Quod autem tua pecunia fit ipis tantum utilis futura, hoc provenit ex eorum conditione, cura & industria, non a te, nec ab ipa praecise pecunia, que de se sterilis est. Sic non licet cuius merces vendere empori, qui ex iis magnum sua industria lucrum facturus est.

Obijcit Carolus Molinues: *Creditor mutuando dat causam propinquam, & officem, hoc est, ut vulgo dicunt, sine qua non, busus lucri. Ergo lucrum dare videtur. Igitur partem lucri saltem in eventum lucri stipulari potest, ex divinis & naturalibus regulis.*

Resp.

Resp. Creditor dat id quod non est causa intrinseca lucri, nisi mediante industria mutuarum, & cum jam eius domicilium ac creditore in ipsum translatum est: ac proinde tota causa lucri, nempe pecunia & industria est mutuarum, non mutuantis; & consequenter totum lucrum est mutuarum, utpote totum ortum ex re & industria ipsius. Quod autem creditor dominium pecuniae suae in mutuarum transfulerit, hoc ad aequalitatem compensatur pro obligationem reddendi mutuantem eandem valore pecuniam, quae ipse otiosa erat, cujus periculum interea fubit mutuarum. Nam mille nummi per se & seculo omni extrinseco, non plus valet hodie quam intra duos vel plures annos, cum eorum valor pro tempore non creascit; nec pecunia praesens est utilior poffidenti, si manura fit otiosa in arca.

Quaest. X. *An licet interioribus auctarium exigere pro pecuniis pupillorum mutuantis, eo quod per leges cogantur eorum bona integra reddere, simul ex eis lucrum facere in commodum eorumdem sub poena compensationis?*

Resp. Neg. Quia cum usura fit intrinseca mala, & a Deo absolute ac indistincte prohibita, nullam ob causam potest esse licita. Ita Concil. Mediol. I. Et Clerus Gallican. Meloduni congregatus, an. 1579. tit. 34. libi: *Curandus ne quid ex mutuo, vel depositis apud Judaeum factis, aliquid praeter sortem a quovis homine percipi ex conventu, vel principaliter sperari possit: tametsi pecunia sua pupillorum aut viduarum. Omnes enim tenentur audire illud Concilium: Mutuum dare, nihil inde sperantes: Constat etiam ex c. a. de usur. ubi Alexander III. ait: Cum usuram sermone utriusque tabernaculi pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam posse fieri non videmus: quia cum Scriptura sacra prohibeat pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus est qui, ne etiam pro redimenda vita captivi, usurarum crimine involvatur.*

Porro tutores nihil periclitantur, si ex consilio confanguineorum pupilli, & iudicis autoritate has pecunias impendant, aut in fundi frugibus emptioe, aut in contractu census, vel societatis.

Quaest. XI. *An est usurarum impostioe ratione mutui alogui onus, seu obligationem novam ultra sortis solutionem?*

Resp. Affirm. Est communis sententia. Quia quilibet obligatio ultra sortem reddendam imposita ex pacto, est onus pretio aestimabile, cum privet libertate quam alter alius haberet, & aliquid in commodum per se pariat, ideoque est injustum; nam per sortem reddendam compensatur ad aequalitatem id totum, quod mutuanus dedit. Ergo id quod amplius exigitur fuit imponitur, injuste exigitur & imponitur ratione mutui, quod est essentialiter gratuitum. Enimvero ut ait Lessius, ex vi iuris praecise non licet obligare nisi ad aequale: fere redditio fortis est aequalis alii mutationis & rei mutuae. Ergo ex vi huius contractus non licet obligare ad aliud, quam ad redditionem fortis.

Quare usura est, si ea lege mutuum des, ut alter etiam aliquid iusto pretio tibi vendat, vel a te emat, ut tibi in postum remaneat, vel tuo molendino molat, dum tuam conducas, vel suam locet; ut partem mutui in mercibus, quibus non in-

diger, recipiat: ut reddat aliam rem diversae speciei, v. gr. fumentum pro pecunia; ut agrum tuum iusto pretio colat; ut tibi vel alii beneficium ecclesiasticum, vel officium conferat curae; ut commendet te alteri; ut praestet aliquid munus vel a lingua, vel a manu, vel ab obsequio; ut non solvat ante certum tempus, nisi alias damnum timeat ex mutuo: nam onerosum est, non posse fe debito liberare pro libito: immo ut praestet id ad quod tenetur ex caritate, quia tunc ei imponitur nova obligatio, nempe iustitia, ratione cujus tenetur de damno secuto. Item ut plus recipias ex benevolentia vel gratitudine: nam obligatio ex pacto repugnat gratuite remunerationi, cum ratione pacti quod compelli possit, & haec obligatio est quid pretio aestimabile.

Licet tamen mutuum dare ea lege, ut alter tibi solvat summam aliumde tibi est iustitia certa debitam, vel ut desitit a vexatione iniusta, quia hoc non est lucrum, fed debitum iam ex iustitia, nec imponitur ei obligatio nova, ad quam antea non teneretur: lucrum enim dicitur, cum quis acquirat id quod alia a fe ex iustitia non pertinebat. Item licet exigat pignus, vel hypothecam pro securitate mutui: nam haec asecuratio debita est.

Quaest. XII. *Nunquam nec licet in mutuo auctarium exigere?*

Resp. 2. Duo sunt tituli extrinseci mutuo, ob quos licet aliquid ultra sortem exigere, qui comprehendunt nomine interesse, l. 4. cod. de sent.

Primus est mutuum emergens, cum quis in bonis iam acquisitis iacturam patitur, quia mutuat; ut si pecuniam refectiois alicui, vel solutioni debitorum destinatum mutuas alteri hanc pecuni: unde fit ut aedes tuae deteriores fiant, ut corruiat, vel si ipse fub usura cogaris pecuniam accipere ad debita solvenda. Ita omnes. Quia quilibet habet ius vitandi damnum; & nemo tenetur cum damno proprio beneficium alteri praestare, nisi si fit in accessitate, cui tenearum cum tali damno fubvenire.

Secundus est lucrum cessans, cum tempore mutuanus ob mutuum privaturo lucro iusto, quod certum vel saltem probabiliter facturus fuisset ex pecunia mutuo data, v. gr. mercedem, fundum, censum, aut quid simile emendo, vel aliter negotiando. Est communis sententia. Prob. Quia 1. tunc nihil exigitur supra sortem ratione mutui, fed ratione iusti tituli mutuo extrinseci, nempe ob compensationem iacturae lucri probabiliter sperati, quae iuste exigere potest, ne mutuanus ex beneficio a fe in alium colato damnum percipiat: nec enim aequum est, ut quis dispendium patiaris, unde videtur premium meritis, c. 2. de iudicis. 2. Spes lucri probabiliter futuri est pretio aestimabilis; nam spes probabilis captae piscium ex iactu tunc iuste vendi potest, l. 2. §. de ali. emp. Ex l. 8. de contrah. emp. dicitur, quod spes emptioe fit. Ergo mutuanus iuste aliquid exigit pro illa spe probabilis & pretio aestimabilis, quae fe privare in gratiam alterius: immo amiffio rei probabiliter speratae est damnum non solum probabiliter futurum, sed etiam actuale: nam cum spes lucri probabilis habeatur actu, & fit pretio aestimabilis, illius iactura est quoddam damnum actuale emergens, utpote iactura boni actu habiti. Brevius, cessatio lucri est in aestimatione prudenti damnum quoddam pretio compensabile: nam

nam per illam fit, ut quis minus habeat, quam habuitus esset. Et ideo iuxta omnes, qui sularur, tenetur restituere lucrum cessans. 3. pecunia ut sub est industria, & tali destinationi quaestuose, plus valet possidenti, quam in se considerata. 4. Ex c. 6. de usur. ubi dicitur, posse ratione lucri cessantis vendere merces ultra cursum pretium, si venditor voluisset illas reservare in aliud tempus, quo plus esse valituras verisimile esset.

Porro S. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 1. vult solum nihil posse exigi in compensationem lucri mere possibilis & remoti; vel non posse tantum exigi in compensationem lucri probabiliter sperati, quantum est ipsum lucrum, quod speratur. Neque enim negat iacturam lucri probabiliter sperati esse causam iustam exigendi compensationem: nam quod art. 4. ait: *Si quis damnificat aliquem, impediendo, ne adipiscatur quod erat in via habendi, tale damnum non oportet recompensare ex aequo: quia minus est habere aliquid virtute quam habere actum.* Tenetur tamen aliquam recompensationem facere secundum conditionem personarum & negotiorum. Idem docet in 4. dist. 15. q. 1. ar. 5.

Resp. 2. Ex communi sententia, ut possit iusto aliquid ultra sortem exigi ob damnum emergens, quod requiritur. 1. Ut mutuum sit vera causa damni, alioquin factus esset titulus; & vera usura. 2. Ut damnum proponatur mutuario, nam libere conlenteat debet in illam compensationem mutuo extrinsecam; & alioqui admittitur posse forte alibi sibi providere sine hoc onere. Quare si admittitur non fuit, non tenetur damnum compensare, etiam si postea eveniat; modo non fuerit per moram culpabilem causa illius: nam tunc tenetur ratione culpe, neque rei acceptae, neque passii ad dicti mutui, neque etiam contractus mutui: natura enim est contractus stricti iuris, ex natura sua obligans solum ad reddendam sortem. 3. Ut auctarium non sit majus damno orto ex mutuo: alioqui excessus esse usurarius, nam exigeretur ratio mutui, & sine iusto titulo. 4. Ut compensationis non exigatur ante tempus, quo damnum eventurum provideretur, quia tunc solum urget titulus. 5. Ut alter non cogatur ad aliquid solvendum, quidquid evenierit, si velit se obligare ad solvendum totum damnum emergens, quod re ipsa continget; alioqui est imponere onus, ad quod ex mutuo non tenetur, cum solum possit obligari ad reddendum mutuantem indemnem.

Resp. 3. Ut auctarium iuste exigi possit ob lucrum cessans, ex communi sententia requiritur haec conditio. 1. Ut mutuum sit vera causa cur lucrum cessat: ac proinde ut mutuanus ante petitam mutuum habeat facultatem proximam lucrum ex pecunia faciendi alia via iusta; & pecuniam quam mittat; iam destinari negotiationi vel contractui iusto quaestuose, nullaque alias habeat pecunias otiosas, id est, non destinatas lucrum iusto faciendonee familie sustentationi, nec filiarum doli; nec provisioni casuum fortuitorum, quos prudens paterfamilias cavere debet. Nam revera lucrum ei non cessat ob mutuum, qui antequam pereretur, non detraherat pecuniam suam negotiationi, vel emptio rei frugiferae, vel censui, vel societati: aut non habeat facultatem proximam iustum lucrum ex pecunia faciendi, aut habeat alias pecunias otiosas.

Nam tunc ex pecunia quam mutuum nullum lucrum fecisset: ideoque talis nihil potest exigere ratione iusti tituli, utpote non extantis. Idem dicit de eo, qui abstinens a negotiatione, interim se applicat alteri rei nec molestus, nec minus quaestuosus, cui vacare non possuisset negotiando: nam lucrum cessans per omissionem negotiationis incomparatur per aliud lucrum, quod in negotiatio consequi non possuisset; & sic ei lucrum non cessat ex mutatione, quae revera ab aequali lucro cum non impeditur.

2. Ut lucrum sit certum, aut probabile: nam si sit solum possibile non est pretio aestimabile, cum mere possibilitium ratio non habeatur, & in estimatione morali potentia remota lucranda ex pecunia nihil addit pecuniae spectare secundum se. 3. Ut moveatur mutuatarius de lucro cessante, & in illius compensatione consentiat: alioqui ad illam non tenetur, nisi per moram culpabilem solvendi fuerit illius causa, ob rationem supradictam; quia onus extrinsecum contractui imponi non potest contraheuti sine illius consensu. 4. Ut non exigatur totum lucrum quod speratur, sed solum quantum per se illius iudicio prudentum valet, deductis sumptibus & estimatione periculi ac laboris. Nam res solum sperata non est tantum valoris, quanta habita in se ipsa, seu iam existens propter pericula & impedimenta, quae venire possunt: sic semen sparsum in agro minus valet, quam messis ipsa, quae speratur. 5. Ut lucri cessantis compensatio non exigatur partem dato mutuo, sed solum per tempore quo lucrum fuisset: nam qui 7. ex. matur centum, & statim accipit decem per lucro cessante, iam non mutuat extrinsecum, sed solum novaginta: solum enim novaginta retinet mutuatarius; solum mutuanus tantundem exigit per lucro cessante ex novaginta, quantum ex centum, quod est iniustum & usurarium; cum tunc lucrum ei solum ex novaginta cesset. Praeterea quod pro interesse solvitur, eidem subrogatur, & eius quod nondum extraxit, subrogatio exigi non potest.

His addit, ut quis excusetur ab usura coram Deo ratione huius tituli, requiritur, ut muner animo gratificandi proximo, non autem sine commotivis lucri. Nam si malit mutuari quam negotiari, intendet principaliter lucrum ex mutuo, & sic peccat. Quare, ut ait Sylvius, requiritur, ut si qui mutuat, non sponte subtraxerit suam pecuniam a negotiatione priusquam mutuet, intendens proprium commodum, & malens mutuari cum certo lucro, quam negotiari cum incerta spe lucri: sic enim iuste pacificetur de lucro cessante, cum pecunia iam subtracta sit potentia lucranda, utpote nec secundum rem, & voluntatem ejus exposita negotiationali, aut destinata contractui iusto quaestuose; atque adeo lucrum, si quod cessat, non cessat ex mutuo, sed ex eo quod negotiari noluerit, aut alter contrahere. Idem docet Toletus, afferens doctores convenire, quod cum quis sponte alteri offert suas pecunias mutuo, nec coactus, nec rogatus, non potest licite lucrum ab alio exigere, cum ipse sponte suas pecunias a negotiatione auferat.

Nota. Non licet illi quod in contractu mutui ob interesse exigitur, convertere in sortem, & ex eo aliquid ultra summam ex quovis titulo exigere: nam hoc prohibetur in iure. l. 28. Cod. de usur.

Quest. XIII. An hoc in mutuo licita est passio.

ut mutuatarius, si ad terminum praestitutum non restituerit, aliquid solvat in panam suae morae?

Resp. Ex communi sententia per se licita est passio certis conditionibus. Quia debitor, qui est in mora culpabilis, dignus est poena, cum peccet contra iustitiam, non solvendo debitum tempore praestituto. Ergo potest cum ejus consensu ei imponi poena, facta fore imponi ei, qui a contractu restitit: contraheutes enim, cum sint suarum rerum domini, possunt ad majorem contractum firmitatem, & eorum implendorum certitudinem, sibi poenam conventionalem imponere & promittere, ex cap. 1. de arbit. l. 1. Cod. de part. Omne autem praemissum acceptatum servari debet.

Sed ut hoc sit licitum, ex communi sententia iusta requiritur. 1. Ut id non fiat in fraudem usurarium, sed ex sola voluntate sortem suam tempore statuto recuperandi. Unde si non curat, utrum solvatur tali tempore, an non; vel si opes non solvi; vel si eum terminum, intra quem fecit mutuum reddi non posse, constituit, tunc poena apposta est velamen usurae, & revera lucrum ex mutuo principaliter intendit. 2. Ut debitor vere sit in culpa, non solvendo nonabili tempore post transactum terminum: nam sine culpa nulla potest iuste imponi nec exigi poena, ex l. 22. Cod. de pan. & cap. 2. de consit. ibi: *Rem, quae culpa caret, in damnum vocari non convenit.* Hinc poena non debetur, si debitor sine culpa tempore praestituto non solverit propter moralem impotentiam, hoc est, difficultatem tantam, ut creditor censetur rationaliter iniustus circa solutionis dilationem. 3. Ut poena fit moderata secundum mensuram culpe, & rei mutuae: alioqui esset iniusta & inique cogere alter in eam consentire, ideoque non potest peti quoad excessum. Hinc pactum, ut pignus sit creditoris, si certo tempore debitor non solverit est prohibitum, l. 1. & 3. Cod. de iust. rigor. & c. 7. de pignor. Quod si pars debiti solvatur, non potest tota poena exigi, sed tantum pro ratione partis non solute, cap. 9. de pignis. Idem dicit, si mora non sit notabilis, nam si per biduum vel hebdomadum ultra terminum praestitutum solutio differatur, ordinarie non debet estimari culpa digna poena constituta saltem tota. *Leffus, Delgado &c.*

Poena autem conventionalis, positis his conditionibus, debetur ante omnem sententiam. Quia delictur ex vi pacti iusti, & haec est intentio contractus, ut ipso jure transgressor poenam solvere teneatur sine necessitate iudicem adjuvandi cum sumptibus & molestiis, & saltem si petatur: sique communis hominum sensus intelligit. Sed iusta passio jure naturali obligat in conscientia ante omnem sententiam. Multi tamen putant, talem poenam solvi non debere antequam petatur expressively tacite. Quia mutuanus, si non petat solutionem poenae cum facile possit, censetur eam condonare: & poena videtur imponi sub hac tacita conditione si petatur.

Quest. XIV. An licet aliquid ultra sortem exigere ratione periculi ejusmodi fortis?

Resp. 1. Nihil licet exigere a pauperibus ratione periculi fortis, orti ex eorum inopia. Quia 2. Tale periculum est intrinsecum huic mutuo in individuo, sive tali mutuo ex natura sua accessorium

est; accessorium autem sequitur naturam principalis, ex reg. 42. iur. in 6. Ergo cum nihil possit exigi pro ipso mutuo, fit nec pro tali periculo. 2. Cum caritas obliget ad illius mutuantium, ut eorum necessitates subveniantur, obligat quoque, ut id fiat sine ullo eorum gravamine, ideoque ut subeatur gratis hoc periculum, alioqui non sufficienter levaretur eorum egenitas. 3. Alioqui possent maxime opprimi pauperes, & eo plus ab his exigi posset, quo egentiores sunt, ideoque digniores majore subsidio, non gravamine. 4. Sac. Congr. Card. infra laudanda permittit aliquid accipi solum ratione periculi, prout in casu a Missionariis propositum erat, scilicet quod oriebatur ex culpa, invidetate & iniustitia mutuatarii, non autem ex eius inopia.

Porro desiderium non accipit iuste pretium periculo, sed pro obligatione illud in se suscipiendo. Resp. 2. Multi docent, licere aliquid ultra sortem pacifici & exigere ratione periculi mutuo extrinseci. Probat 1. Ex decreto Sac. Congreg. de Propaganda fide ab Innocentio X. approbato, & Romae typis edito anno 1643. & a Caballuto relato: *In Synodo regno lege habilitum est, ut in mutuo triginta pro centum accipiantur absque respectu lucri cessantis, aut damni emergentis. Quaevis enim Sinenibus sit licitum pro pecuniarum suarum mutuo, licet non interverit lucrum cessans aut damnum emergens, praedictam pro centum triginta regni lege taxatam quantumvis acciperet, & causa dubitandi est, quia in recuperanda pecunia est aliquid periculum, scilicet quod quis accipit mutuantem, fugiat, vel quod tardet in solvendo, vel quod necessarium sit coram iudice petere, vel propter alia huiusmodi.* Sic respondit Sac. Congreg. Censuit Sac. Congreg. Cardinalium S. R. E. ratione mutui immadate & precise nihil esse accipiendum ultra sortem principalem & sortis aliquid accipiendum ratione periculi probabiliter imminenti, prout in casu, non esse inquirendum, dummodo habeatur ratio probabiliter periculi, & qualitas ejusdem, ac servata proportio inter periculum & id quod accipitur. Et Innocent. X. praecipit omnibus Missionariis sub eorum communicatione lata sententiae, ut omnia responsa hujus decreti observarent, & illis uterentur: donec huius Sanctitas, vel Sedes Apostolica aliud statuerit. 2. Quia probabile periculum sortis mutuo extrinsecum, quod scilicet nascitur ex eo quod datur homini deceptor in injusto, qui aliunde habet bona saltem in se certa, est a tali mutuo separabile, nempe per pignus, aut hypothecam, quomodo potest dari, & simul est pretio aestimabile: nam ex S. Thom. quest. 37. ar. 4. ad 2. licitum est carius vendere propter periculum, cui venditor se exponit transferendo rem de loco in locum.

Idem dicunt de extraordinariis facultatibus, laboribus, impensis, molestiis probabiliter in recuperanda sorte subeundis ex culpa mutuatarii, eo quod haec sint mutuo extrinsecas, & pretio aestimabilia.

Sed ut hoc titulo aliquid possit iuste exigi, has requiritur condiciones. 1. Ut periculum sit vere probabile & extrinsecum mutuo, nec hoc praxius pallietur usurae: quale non est quoties mutuatarius est industrius, verax, iustus, & de quo non datur proxi-
dum praesumptio, quod non fit solviturus. 2. Ut in hoc auctarium consentiat mutuatarius. 3. Ut mu-

tuan non compellat illum ad fecum pacificandum de periculo; sed ei relinquat libertatem affecrandi fortem per pignus, hypothecam, vel alium fid. de usufructu: aliqui sine causa imponeretur illi onus pretio aestimabile, ad quod non obligatur, quod est usurarium. 4. Ut non plus exigatur, quam iudicio communi prudentium valeat tale periculum subeundum, habita ratione quantitatis summe mutuaræ & magnitudinis periculi, servataque proportione inter periculum & auctarium.

Nec obstat, inquit, c. *Naviganti de usur.* ubi Gregor. IX. ait: *Naviganti, vel emit ad nandinas certam mutuari pecunie quantitatem, pro eo quod suscepit in se periculum, receptorius aliquod ultra fortem, usurarius est censendus.* Nam censetur usurarius, quia supponitur nolle mutare nisi ea conditione, ut ipse periculum fortis certo pretio in se faceret, & sine iusta causa impo- situm mutuari onus pretio aestimabile, privando eum libertate affecrandi fortem alia via commodiore, nempe per pignus aut fideiussorem. Alii putant meum in textum irrepisse, & legendum esse, *usurarius non est censendus, eo verba immediate loquentia: Ille quoque qui dat decem solidos, ut alio tempore totidem sibi grani, vini, vel olei mensura reddantur, que licet plus valeant, utrum plus vel minus solutionis tempore fuerint valitura, verisimiliter dubitatur: non debet ex hoc usurarius veniari.* Particula, *quoque*, inquit, paritatem & conformitatem notat; adeoque indicat, Pontificem velle neutrum censendum esse usurarium, si enim de uno vellet & non de altero, dixisset: *Ille contra, ille tamen.* Ita *Barbosa, Layman &c.*

Si obijciat, 1. Auctarium non esse medium apud ad tollendum fortis periculum, immo illud agere. 2. Inde sequi, posse aliquod exigi pro periculo auctarii ipsius, & sic in infinitum, cum illud etiam periclitetur. 3. Mutuarium teneri, periculum illud tollere redditione fortis. 4. Sac. Congr. & Innoc. XI. illud solum tolerare, cum dicat non esse inquietandos.

Respondent ad 1. Auctarium illud non exigi ad tollendum periculum futurum, sed pro periculo presenti, & damno quodam actu existente, quod actu subit mutuari, dum pecunia in manu sua certam exponit mutui periculo, in qua est minoris valoris quam in sua. Nec auctarium agere periculum fortis, nam mutans quotannis recipientis parum ob periculum, quamvis postea fortem amittat, minus dampnum patietur; & interea mutuarium poterit lucrari ex mutuo ad fortem solvendam. Ad 2. illud auctarium speratum licet periclitans, esse sufficientem compensationem, ideoque nihil posse exigi pro illius periculo. Ad 3. Restitutione fortis non tolli periculum, quod ante illam subivit mutans, quod ex pretio aestimabile, sed jam non continuari. Ad 4. Negari id tolerari tantum: nam quæretur, an id esset licitum, & responderet Sac. Congr. non esse licitum ratione mutui, sed ratione periculi propositi non debere inquietari. Sane si id iure naturali esset illicitum, deberent Missionarii monere, & impedire ne quid tale exigatur.

Quest. XV. *An lex vel consuetudo provincie est civilis legitimus aliquod ultra fortem exigendi?*

Resp. Neg. si nullus alius addit titulus iustus. Quia cum perceptio lucri ex mutuo sit iure divino vetita, nullo alio iure potest esse licita. Igitur lex,

que permittit ex quovis mutuo aliquod ultra fortem, v. gr. quinque pro centum exigere, & de eo pacisci, immo præcipit iudici ut mutuarium compellat ad hoc auctarium persolvendum mutuantem, semper præsumit & supponit titulum interesse, nempe lucrum cessans, vel dampnum emergens. Quare si nullum reipsa ex mutuo lucrum cesset, vel dampnum legatur, tunc nihil potest in conscientia ultra fortem exigi, & accepta restitui debent. Item non licet pro plus accipere, quam fit lucrum cessans, vel dampnum ortum ex mutuo, etiam si plus lege constitutum sit; nam tunc lex, vel sententia iudicis nititur falsa præsumptione. Neque enim est intentio legis, nec potest esse, ut aliquod accipiatur ratione mutui.

Item dic de lege, & de sententia iudicis, qua mutuatori adjudicatur aliquod ultra fortem a tempore interpellationis sue, in compensationem interesse. Nam si nullum lucrum cessans, nec dampnum emergens, vel non tantum patitur mutuantis, nihil aut non tantum potest accipere: quia tunc sententia iudicis nititur falsa præsumptione, unde non dat verum ius. Quod si adjudicaretur aliquid in posnam dilate solutionis, nihil etiam posset accipi, si reuera debitor non fuit in culpa: quia omnis poena iuris culpam culpam. Immo sunt, qui præter moram culpabilem debitoris requirunt ad huc, ut mutuator dampnum vel lucrum cessans sustineret, quia putant legem ad penam damnantem supponere eorum interesse.

Obj. 1. Quælibet lex est essentialiter iusta, alioqui non esset lex. Ergo lex est iustus titulus accipiendi aliquod ultra fortem.

Resp. dist. conseq. Si illa lex non fundetur in aliqua suppositione C. contr. Si fundetur in aliqua suppositione ejus, contra non exet. N. conseq. Lex vel consuetudo que permittit aliquod supra lucrum accipere, supponit dampnum emergens, vel lucrum cessans: quod si neutrum exet, non intendit, nec potest actuarius approbare aut præcipere.

Obj. 2. Per legem illam teneatur iudex damnare debitores ad solvendum aliquid ultra fortem. Ergo mutuator illud iuste retinere potest. R. Neg. conseq. Nam cum iudex illud auctarium non adjudicet, nisi vi legis, & lex præsupponat iustum titulum, nempe damni emergentis vel lucri cessantis, non potest mutuator auctarium sibi adjudicatum retinere, si non habet verum titulum, quod lex & sententia iudicis præsupponunt.

Quest. XVI. *An qui pignus pro mutui assicura- cione accepit, teneatur fructus ex illo perceptos comparare in diminutione fortis, deductis expensis, laboribus ac operis?*

Resp. Affirm. Est communis sententia. Et constat ex c. 1. & 2. de usur. l. 1. Cod. de pignus etc. Quia mutuator nullum habet ius ad illos raturæ mutui, quod est ex natura sua gratuitum, sed illi pertinet ad dominum pignoris, res enim domino suo fructificat. Hinc, qui agrum sterilem, qui arva non colobatur, accepit in pignus, teneatur fructus, quos ex illo sua diligentia percipit, referre in fortem, deductis impensis & laboribus, aliqui lucrum perciperet ex mutuo.

Excipe, 1. Feudum in pignus debiti datum domino non directo; nam hic non teneatur fructus ex illo deducere in fortem, ex c. 8. de usur. vel quia per tales fructus compensari debent servitia & feudataria debita, quibus interim liberatur: vel quia feudi con-

tractus habet hanc tacitam conditionem, ut si res feudo subjecta tradatur domino directo in pignus, ejus fructus ad hoc pertinent, modo feudatarius eo tempore liber fit a servitio prestando, juxta cap. 1. de feudis. Et non excedat multum fructus valorem servitii, aliqui esset contra mandatum Dei, mutuum date, nihil inde sperantes, ait Innocent. IV. in c. insinuatione, de feudis.

2. Feudum pro dicitur in pignus datum genero. Hic enim non teneatur ejus fructus computare in dote diminutionem, ex cap. 16. de usur. Quia hoc pignus datur etiam ad sustinenda matrimonii onera, donec solvatur dos, cujus utrum fructum vir haberet, unde fructus illos accipit pro interesse, ait Innocentius IV. in cap. cit.

Quest. VII. *An est usurarium ac illicitum mutuaræ ob spem lucri tanquam finem principaliter intentum, licet sine pacto?*

Resp. Affirm. Prob. 1. ex c. 6. de usur. ubi censetur usurarius, qui licet omni conventionione cessante, eo animo mutuat, ut aliquod ultra fortem recipiat, alias non mutuaritur. Et S. Aug. serm. 5. in Pl. 36. ibi: *Si plus quam de ipsi expectas accipere, sumtor es.* 2. Christus jubet, ut mutuum detur gratis, & sine spe lucri finaliter ex mutuo intenti. Luc. 6. Mutuum date, nihil inde sperantes. 3. Tunc vere intenditur lucrum ex mutuo, quod est usurarium, licet intendatur mediante benevolentia & gratitudine mutuarium, sed intentio propter lucrum: ita ut nisi lucrum speraretur, mutuum non daretur. Nam tunc intenditur benevolentia vel gratitudo propter lucrum, tanquam finem propter se ex mutuo intentum.

Non esse tamen usuram, aliquid secundario sperare ex mera liberalitate & gratitudine, non ut debitum, nec inaneum ex mutuo, docet Glossa, in c. Confessus, que ait peccare sperantes causa mutui in spe lucri principaliter posita. Secundario tamen aliquid sperare non puro malo. Ita etiam S. Antonin. 2. p. tit. 1. c. 5. b. 1. addens: *Dicitur autem intentio principalis hæc, cum scilicet magis moveatur ad mutuandum propter lucrum, quod sperat, quam propter aliquid: Sed intentio secundaria dicitur, cum est sperat aliquid sibi dari ab eo, cui mutuaris ex sua liberalitate, tamen non illud eum movet, sed magis benevolentia, ita ut etiam non crederet sibi aliquid dari ultra fortem, ad hoc tamen mutuaris.* At ultra est intendere, est secundario, lucrum ex mutuo, ut pretium, vel ut aliquid pro mutuo debitum: quia intentio, est secundaria, non tollit malitiam objecti, quo actus specificatur. Et illicitum est velle etiam minus principaliter ac secundario aliquid illicitum. Lucrum autem ut pretium mutui, vel ut aliquid ex mutuo debitum, est quid illicitum & vitia: ergo illud quocumque modo intendere est illicitum. Ita *Less, Delugo & alii.*

Quest. XVIII. *An licet mutuum petere, vel accipere sub usura?*

Resp. 1. Non licet mutuum petere sub usuris. Quia non licet petere ab alio, quod licite facere non potest; nam hoc esset eum inducere ad peccandum. Tamen ex communis sententia, licet (Vid. N. 27.) ob gravem necessitatem propriam vel alienam petere mutuum ab eo, qui prævidetur non daturus, nisi sub usuris, si alter haberi nequit, intendendo solum mutuum, & habendo se permissive ad usuram. Quia licet petere ab alio id quod licite præstare po-

terest, quamvis ex malitia sua peccaturus sit, modo addit iusta causa non impediendi ejus peccatum, qualis est hic: nam mutuarium non teneatur cum suo gravi damno malitiam mutuantis impedire: Ita S. Th. 2. 2. q. 78. art. 4. ibi: *Nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandum sub usuris: licet tamen ab eo, qui hoc paratus est facere, & usuras exercet, mutuum accipere sub usuris propter aliquod bonum, quod est subventio sua necessitatis, vel alterius.* Et ad 2. ait: *Accipiens non dat occasionem usurario usuras accipiendi, sed mutuari. Ipse autem usurarius sumit occasionem peccandi ex malitia cordis sui: unde scandalum ex parte sua est, non autem ex parte petentis mutuum. Nec tamen propter huiusmodi scandalum passivum debet alius a mutuo petendo desistere, si indigeat, quia ejusmodi passivum scandalum non provenit ex infirmitate, vel ignorantia, sed ex malitia.*

Resp. 2. Sæcunda necessitate saltem rationabili, non licet mutuum petere ab usurario, & accipere sub usuris. Quia lege caritatis quique teneatur sub mortali impedire peccatum mortale proximi, ejusmodi executionem quando sine notabili suo incommodo seu damno id potest. Mercatoris dando usurari peccaverunt, tanquam occasionem peccandi usurarii præberent, non necessitas, que ponitur, ut scilicet honorabilis vivamus & majore mercationes faciant, non fit talis necessitas, que sufficit ad excusandum peccatum præditum, ait S. Thom. opusc. 62. de empt. & vendit.

Quest. XIX. *Quid usurarius restituere teneatur?*

Resp. Teneatur restituere tum usuras acceptas, & fructus non mere lucrum ex eis perceptos, tum etiam omne lucrum cessans, & dampnum emergens ex usuris acceptis. Quia teneatur ratione injuriæ, exigendo, accipiendo, & possidendo rem alienam sine iusto titulo, cum mutuum non sit titulus iustus, nec sponte ac liberaliter res donata sit: nam mutuarium nolle ultra fortem dare, si posset alter mutuum accipere, & sic involuntarie dat, non sponte, nec liberaliter.

Hinc si usurarius ante mortem non restituerit, teneatur hæredes bona per usuram accepta restituere, si que extant secundum se: sin minus, teneatur eorum valorem ex usurarii bonis restituere mutuaris, vel eorum hæredibus, ex c. 9. de usuris. Nam omni restituendi est affixum bonis defuncti, ideoque transit ad eorum possessorem.

Quest. XX. *An usura mentalis obligat ad restitutionem?*

Resp. 1. Qui mutuatit principaliter ob spem lucri, alias non mutuarurus, teneatur restituere quæ postea ultra fortem accepit a mutuario copoliente ejus intentionem usurarium, est nullum pactum præcesserit. Ita S. Antonin. & alii. Quia mutuarium non intendit dare gratis ac liberaliter, sed tanquam debitum ex mutuo, vel dat ex metu, vel aliam mutuum sibi denegerat, sed injustum est, accipere & restituere aliquid datum dumtaxat ut debitum, quod reuera debitum non est, vel quod nec sponte, nec liberaliter datur. Et gravitas usuræ consistit in eo quod preterit, vel accipitur aliquid non omnino gratuitum, & voluntarium. Confirmatur ex c. 10. de usur. ubi Pontifex ait eum, qui ex proposito aliquid ultra fortem recipiendi mutuat, alio non mutuarurus, efficaciter inducendum esse ad accepta restitu-

tionem?

Resp. 1. Qui mutuatit principaliter ob spem lucri, alias non mutuarurus, teneatur restituere quæ postea ultra fortem accepit a mutuario copoliente ejus intentionem usurarium, est nullum pactum præcesserit. Ita S. Antonin. & alii. Quia mutuarium non intendit dare gratis ac liberaliter, sed tanquam debitum ex mutuo, vel dat ex metu, vel aliam mutuum sibi denegerat, sed injustum est, accipere & restituere aliquid datum dumtaxat ut debitum, quod reuera debitum non est, vel quod nec sponte, nec liberaliter datur. Et gravitas usuræ consistit in eo quod preterit, vel accipitur aliquid non omnino gratuitum, & voluntarium. Confirmatur ex c. 10. de usur. ubi Pontifex ait eum, qui ex proposito aliquid ultra fortem recipiendi mutuat, alio non mutuarurus, efficaciter inducendum esse ad accepta restitu-

fitiendae, quamvis nulla conventio praecesserit. Exce-
dite, nisi mutator habeat iustum titulum retinen-
di, nempe lucrum cessans vel damnum emergens;
tunc enim usura est pure affectiva, nec reponit
inequalitatem in rebus.

Resp. 2. Si mutuatarius sponte aliquid ultra for-
tem donet ex liberalitate, vel gratitudine, sed
mutuus ejus mentem ignorans accipiat tanquam
ex mutuo debitum, peccat & tenetur restituere ra-
tione conscientiae erroneae, quamdiu illam non de-
ponit prudenter. Tamen juxta communem sententiam,
ex parte rei acceptae ad id non tenetur, sed
postquam scivit illud sibi gratis donatum fuisse, re-
tinere potest, quia alter per illam donationem gra-
tuitam transiit dominum rei in mutuatorem, si
accedat acceptatio legitima: unde accedente hae-
rentia, potest rem acceptare & retinere ut libera-
liter donatum. Quamvis enim habuerit intentionem
injustam faciendi, & ideo peccavit; tamen res
ipsa nullum dampnum inde alterius secutum est.

Resp. 3. Si mutuatarius dederit aliquid ultra for-
tem tanquam ex mutuo debitum, & mutuus illud
acceptavit bona fide tanquam liberaliter donatum,
hic tenetur, ubi reficere, restituere acceptum, &
fructus extraneos. Quia deest titulus justus retinendi:
nam dario rei ut debite ex mutuo nulla est, cum
nihil sit debitum ex mutuo. Nec tunc fuit donatio
liberalis, quia res data fuit ut debita. Si vero mu-
tuator aliquid ultra fortem accipiat, dubitans qua
mente illud detur, an gratis, an tanquam debi-
tum, peccat, & tenetur accepta restituere; nam
injustitiam committit, sicut is qui dubia fide cepit
aliena possidere; & se exponit periculo alienum
retinendi.

Quest. XXI. An cooperatores usurarii tenentur
ad restitutionem in ejus defectum?

Resp. Tenentur omnes, qui agentes partes usurarii,
sunt causa efficiens, cur usura petatur, solvan-
tur, vel non repetatur. Quia sunt causa effici-
ens damni mutuatario injuste illati. Tales sunt,
1. Consulentes usuras. 2. Dantes pecunias eo ani-
mo, ut ex his exerceatur usura. 3. Judices, qui
compellunt ad usuras solvendas, vel vetant ne so-
lute repetantur, qui etiam ipso facto sunt excommu-
nicati. *Clemens. unic. de usur.* 4. Notarius con-
ficiens instrumentum, fingens licitos contractus, vel
falsos scribens, ut eum dantur centum, ipse scribit
centum viginti &c. Nisi id faciat, pollutante mu-
tuatario; tunc enim licet mortaliter peccet, & sit
perjurus, tamen non tenetur ad restitutionem, quia
sponte volenti & roganti non fit injuria. *Ita S. An-
thonius.* 5. Factores seu negotiorum gestores, & qui
contractus usurarios faciunt, & famuli eorum ad
usuram solvendam. 6. Procuratores, hoc est, qui
querunt eos, qui pecunia indigent, adducuntque
ad usurarios, dum ipso modo partes agunt mutua-
rii. At non tenentur; dum agent partes mutua-
rii, quia tunc beneficium ei praestant, & non est
in eorum potestate, ut gratis mutuum detur.

Qui autem ita remote concurrunt, ut non cen-
sentur causa damni mutuatario illati, non tenentur
restituere, quales sunt secundum multos famu-
li, qui recipiunt pignora, eoque custodiunt, qui
nunciant pecuniam, qui referunt omnia in librum
rationum. Qui non censentur causa damni, cum

independentem ab illorum opera illatum sit; & quia
circa illorum operam non est invitus mutuatarius,
nec de illa rationabiliter conquisit potest.

Quest. XXII. Quenam sunt poene usurarii con-
stitutae?

Resp. Usurarii notorii seu manifesti sunt, 1. In-
fames in utroque jure, ideoque irregulares. 2. In-
vitantur communionem altaris, ac postquam ecclesiasti-
ca, & eorum relationes non possunt accipi, c. 3.
de usur. ex Conc. Gener. Later. III. 3. Non debent
ad confessionem admitti, antequam satisfecerint, vel
cautionem dederint, cap. ult. de usur. in c. Conc.
Gener. Lugdun. 4. Irrita sunt eorum testamenta,
nisi ante mortem restituerint, vel cautionem legit-
mam dederint, ex cap. cit. 5. Pro clericis, qui mor-
tali non desistunt, suspensio ab officio & beneficio
ferenda; pro laicis excommunicatio ferenda, us-
que ad debitam restitutionem, cap. 7. de usur.

Porro usurarius notorius est ille, qui facto vel
jure manifeste usurarius est. Est notorius notorietate
facti, dum mutat palam ad usuram, ita ut nulla
reverseracione velari possit. Et notorius notorietate
juris, quando de hoc crimine in judicio convictus
est & damnatus. In Gallia dicitur admitti sola
notorietas, quae habetur per sententiam judicis.

CAPUT IV.

De Deposito, Commodato, Precario, & Mandato.

NOta. Depositem, Commodatum &c. sumuntur
hic pro contractu, licet saepe sumantur
pro ejus materia: sicut res deposita, commodata &c.

Quest. I. Quid est depositum?

Resp. Est contractus, quo aliquid alteri custodi-
endum traditur, & ad hoc suscipitur. Perficitur so-
lum, dum res traditur ad deponentem, & suscipitur a
depositario. Tradere enim vel deponere, non suffi-
cit, sed requiritur etiam ut alter significet se ejus
custodiam suscipere. nisi forte ex officio teneatur eam
custodire, ut sunt cauponae, stabularii, auriga, nau-
tae &c. nam sufficit illis videndum rem in domo,
vel curru, vel navi deponi, *l. 1. §. Nauta &c.*

Sequitur autem, quod est species depositi, est
contractus, quo res, de qua est controversia, alteri
tertio custodienda traditur, eo fine, ut postea
reddatur ei cui adjudicabitur.

Quest. II. Quenam sunt obligationes depositarii?

Resp. Ex communi sententia, tenetur, 1. Rem
depositam servare ac custodire ea cura ac diligen-
tia, quam homines diligentes solent in simili re
propria adhibere, *l. 3. Cod. de dep.* Quid si res
deposita pereat, vel deterior fiat, tenetur solum
de dolo & lata culpa, *l. 2. Cod. de dep. &c.* Si
tamen depositum cedat in commodum utriusque,
ut si depositarius mercedem pro custodia accipiat,
tenetur etiam ex culpa levi.

Hinc factores, molitores, auriga, cauponae, &
tenetur tenetur ex culpa levi; nam tenentur ex of-
ficio ibi & aliis utili, annexam habente custodiam
eorum, & quae ipsis traduntur; & sic tenentur ea cu-
stodire ex contractu virtuali ac implicito in utrius-
que partis commodum cedente. Si vero depositum ce-
dat in commodum solius depositarii, ut si apud ip-
sum deponatur pecunia eo solo fine, ut possit ea uri
negare, hic tenetur de culpa levissima, juxta alibi
dicta

dicta. Item si salpstrum obtulit ad custodiendam rem
maxima diligentia, vel hanc expresse promiserit:
nam tunc tenetur ex pacto contractui addito.

2. Tenetur non uti re deposita, sine consensu
domini expresse, vel tacito, aut saltem prudenter
presumpto. Quia rei usus non est ipsi concessus,
sed solum commissa custodia; & non licet usura-
re usum rei alieno invito domino, alioqui fit con-
tra justitiam; nam quisvis habet jus, ut nemo utatur
re sua sine suo consensu. Quare *l. 3. Cod. de dep.*
utens re aliqua deposita sine consensu domini,
dicitur reus furis. Hinc si usus ille fit pretio utili-
tatis, ut usus equi, vestis &c. solvi debet illius
pretium: nam usus & fructus rei ad dominum pertinet,
& pretium usum est quidam fructus. Quod si
dominus usum concedat, tunc depositum transit in
mutuum, si res deposita sit usu consumptibilis, aut
alienata; vel si talis non sit, in commodatum, si
gratis ejus usus concedatur; aut in locationem, si
pretium exigatur. Porro secundum multos domini
consensus presumitur circa usum pecuniae depositae,
cum eam tradit nec sacculo clauso, nec obligato,
nec alio indicio ostendit se utendi facultatem de-
legare, modo recipiens fit moraliter certus, se eam
soluturum, ut primum exigatur.

3. Tenetur depositum repenti reddere statim,
c. 2. de depof. & *l. 1. §. depof.* Nam alioqui reti-
neret rem alienam invito domino. Excipit, nisi de-
ponens in suum vel aliorum dampnum reposcat, ut
si furens eodem repetat; nam tunc deponens non
ad rationabiliter invitus, vel nisi res deposita sit
furtiva, & dominus eam repetat; tunc enim resti-
tuit debet domino, *l. 2. §. depof.* Si vero domi-
nus eam non repetat, juxta loc. cit. & *l. 1. §. de-
pof.* restituere debet ipsi furis; sed tunc tenetur cum
monere, ut eam restituat vero domino; & si fa-
ciat, monere dominum. Immo videtur lex suppo-
nere, furem rem depositam repetere, ut eam resti-
tuat domino. Quare Lessius docet, eam semper de-
bere restitui domino, nisi sur puteat eam repe-
tere animo restituendi eam domino.

4. Nihil potest restituere, vel exigere pro rei
custodia, nisi dominus ei mercedem expresse pro-
miserit. Quia depositum purum est in gratiam so-
lius deponentis; & ideoque depositarius vi illius tenetur
tantum de culpa lata & dolo. Unde nihil ei
debetur, nisi vi alterius contractus seu pacti;
& tunc depositum transit in locationem operae ad
custodiendum rem depositam, & depositarius tenetur
de culpa levi, cum jam contractus cedat etiam
in ejus utilitatem.

Porro si depositarius alteri quam domino redderit
depositum, & perierit, non tenetur ad restitu-
tionem; modo bona fide & prudenter, licet falso
paraverit esse dominum, vel aliquem ab eomissum
ad illud repetendum: quia tunc abest fraus, dolus,
& culpa lata, ex quibus solus tenetur de damno.

Quest. III. Quid sunt Commodatum & Precarium?

Resp. Commodatum est contractus, quo res ad
solum usum gratuito conceditur usque ad designa-
tum tempus, ante quod repert non potest.

Precarium est gratia solus usus rei concessio ad
hunc revocabilis. Unde non differt a commodato,
nisi quod possit quovis tempore repert concedente,
non tamen in continentem, alioqui esset inane ac
ilegitimum, non beneficium. Solvitur ipse rei alle-

natione, & morte accipientis, cap. ult. de Precar.
Quest. IV. Quenam sunt obligationes commo-
datarii & commodatarii?

Resp. 1. Ex communi sententia, commodatarius
tenetur, 1. Aperire virium rei commodatae, si fit
periculoso, alioqui tenebitur de damno inde so-
luto, *l. 23. & 24. §. commod.* cum dederit illius
occasione. Tenetur ad impensas extraordinarias,
l. 188. §. commod. 3. Tenetur non repetere autem-
tus, de quo expresse, vel implicite conventum est,
l. 15. §. commod. & cap. unic. de commo. Quia,
ut ibi dicitur, non oportet non beneficio decipi
sed juvari. Et quia alter jus re utendi usque ad
illud tempus vi pacti acquiritur. Quare si ante repe-
tat, tenebitur de intere, quod inde alteri seque-
tur: nam fecit injuriam violando jus alterius ex pat-
cto acquisitionis. Excipit, nisi commodatarius dampnum
simile ex carentia rei sine inopinato immineret; tunc
enim juxta multos ei licet ante tempus finitum re-
petere, etiam cum alterius damno. Quia non cen-
setur usum rei suae gratis concessisse, nisi sub hac
tacta conditione, ut in tali evento posset repe-
re; neque enim in gratuita promissione, & con-
cessione usui rei, qui censetur vellesse ad tantum
obligare, quantum in onerosa.

Resp. 2. Ex communi sententia, commodatarius
tenetur ex justitia, 1. Non uti re commodata, nisi
ad usum sibi concessum; usque saltem cum prudenter
iudicet dominum consenturam, ex *l. 3. §. commo.*
ubi alias dicitur furti reus, quia usurparet aliquem
usum rei alieno invito domino, nec enim habet jus
nisi ad usum concessum; & ex iniuria de obli-
gati ex deff. &c. ibi *Furtivus fit, cum quis alienam
rem invito domino contrahat. Itaque si accedat
pignora, hoc est apud quem rei deposita est, ea re
utatur; sicut, qui rem utendam accepit, in alium
usum eam transferat, quam cuius gratia ei data
est, factum committit; veluti si quis equum sejan-
ti causa commodatum sibi longius aliquo duxerit.
Placuit tamen eos, qui rebus commodatis aliter
utretur, si se intelligant id invito domino fa-
cere, eumque, si intellexerint, non permittunt;
at si permittunt credant, extra crimen videntur.*

2. Tenetur rem commodatam finito tempore re-
stituere, etiam non repugnat, cum dies statuta
pro domino interpellet, c. ult. de locato. Alioqui
tenebitur omne lucrum cessans & dampnum inde pro-
veniens compensare, cum sit illius causa injusta;
nam non habet jus utendi re aliena, eamque reti-
nendi ultra tempus sibi concessum, sed dominus
habet jus illam tunc possidendi, & ea utendi.

3. Tenetur ad impensas ordinarias & modestas,
necessarias ad rei commodatae conservationem, v. g.
ad pabulum equi, non tamen ad extraordina-
rias magnas, v. g. ad curationem magni pretili
ad reparationem domus, *l. 28. §. commo.*

4. Tenetur maximam diligentiam ad curam ad
rem commodatam integre & in bono statu conser-
vandam adhibere, ex iniuria. Quibus modis &c. &
ex *l. 28. §. commo.* ibi *In rebus commodatis tanta
diligentia praestanda est, qualem quisque diligenti-
simus paterfamilias suis rebus adhibet.* Quare si
res pereat vel deterior fiat ex culpa etiam levissima,
tenetur ad restitutionem; nam contractus cedit in
ejus solius utilitatem, ex c. unic. de commo. ibi

Cum gratia sui tantum quis commodatus accepit, de levisima etiam culpa tenetur, licet casus fortuitus (nisi accideret culpa sua, vel intervenisset pactum, seu in mora fuisset) sibi non debeat imputari. Ergo tenetur ad restitutionem rei commodatae, quae perit vel amittitur, dum per tertium remittitur, si non adhibuit diligentiam & prudentiam maximam, ut fidelem ac idoneum inveniret: secus, si hanc adhibuit, l. 20. §. *commod.* vel si tertius ille a commodante fuit electus, tunc enim res domino suo perit. Quod si in utriusque commodum res fuisset commodata alteri, hic tenebitur solum de culpa levi, si vero in solius commodantis, de culpa lata, juxta regulas alibi traditas.

Quest. V. An res aliena commodata, deposita, conducta &c. debet preferri propriae, si utraque conservari nequeat, ut in periculo incendii, naufragii &c.

Resp. 1. Si res tua propria sit pretiosior, potes eam conservare praeter aliena commodata, deposita &c. Quia non exigit equitatem, ut quis majore tuo damno impedat gratiam, ut quis minus alterius. Sed tunc si res erat commodata, juxta multos tenetur ejus pretium restituere, et l. 5. §. *commod.* ubi dicitur, commodatarius non teneri compensare damnum ex incendio vel ruina ortum, nisi cum possit res commodatas salvas facere, suas praeferat. Nam sequum non est, ut alter damnum sustineat, salvus ejus rebus cui gratificatus est, & ob cuius solius commodum res sua addita sit in periculum.

Resp. 2. Si res aliena sit pretiosior, tenetur ex iustitia eam pro tuo conservare. Quia rei alienae ea debetur custodia quam quisque prudens in suis rebus adhiberet, quique autem servaret suas pretiosiores, relictis vilioribus. Sed tunc si res aliena erat apud te in commodum solius domini, potes exigere compensationem totius damni, quod passus es eam servando: nam non teneris eam gratis servare tuo damno, cum in tuam utilitatem non detineas. Si autem erat in commodum tui & domini, potes repetere mercedem partem damni, quia utriusque causa res periclitabatur; & par est, ut qui sentit commodum, sentiat & onus pro ratione commodi. Si vero res apud te erat in tui solius utilitatem, juxta Lessium & alios, non potes exigere compensationem pro tuis rebus, ex l. 5. §. *commod.* Quia cum iactura rerum tuarum minoris vel aequalis valoris teneris alterum praestare indemnem, cum tantum tui commodi occasione res ejus in periculum illud inciderit.

Resp. 3. Quando res tua est aequae pretiosa, potes illam praeferre alienae, si res aliena sit apud te in commodum solius domini, vel in commodum commune. Si vero res aliena sit in commodum tui solius, juxta multos teneris eam tuae praeferre, ex l. 5. cit. Quia rem alienam in tui solius commodum acceptam teneris diligentissime conservare, nec tunc illi debet tibi compensare, cum res tua tui solius causa periclitaretur; & cum solus ex contractu commodum sentias, par est ut solus damnum patiaris, praestando id ad quod teneraris.

Porro qui rem suam praeter aliena conservat, dum tenetur alienam suae praeferre; tenetur ad restitutionem, quia fecit injuriam damnosam.

Quest. VI. Quid est mandatium?

Resp. Est officium gratis susceptum in gratiam alterius; sive est obligatio aliquid agendi in commo-

dum alterius, gratis suscepta, v. gr. negotium aliquod gerendi, aliquid ipsi emendi &c. Nam si pretio suscipiatur, est potius locatio operis. Mandatum autem non potest esse nisi de re licita, l. 6. *Mandat.* & re integra solvitur morte mandantis, l. 15. *Cod. Mandat.*

Quest. VII. Quanam sunt obligationes mandatarii, & mandatarii?

Resp. Ex communi sententia, mandatarius, & quisvis negotiorum gestor, vel procurator tenetur, 1. Alterius negotium diligenter & utiliter gerere tamquam proprium: nam ad hoc se obligavit acceptando mandatium, nec ei alter negotium commissum fuit, ex l. 21. *Cod. mandat.* ibi: *Aliena negotia exacto officio geruntur, nec quidquam in eorum administratione neglectum ac declinatum culpa vacuum est.* 2. Negotium susceptum conficere: *Voluntatis est enim suscipere mandatium, necessitatis consummare, l. 27. §. commod.* Nam ad id se obligavit, illud suscipiendo. 3. Tenetur saltem de dolo, & culpa lata, si mandatium in solis mandantis utilitatem gratis susceperit, l. 3. §. *de neg. gest.* De levi, si id etiam in suam utilitatem cedat, vel si se obulit, cum alius diligentior praestaret: de levisima vero, si maximam diligentiam promiserit, vel hanc res exigit. 4. Non potest fines mandati sui transire. *Diligenter enim fines mandati sui custodiendi sunt, l. 1. §. mandat.* Unde non potest aliquid plura emere, aut minoris vendere, quam ei praescriptum sit. 5. Non potest mercedem exigere, nisi promissa sit, vel eam plus petierit, nec ei licet operam occulte compensare; aliqui tenentur ad restitutionem. Nam hoc ipso quod mandatium suscipit nihil petendo, censetur velle alteri gratificari, & operam suam gratis ex amicitia praestare, ex l. 1. §. *mandat.* ibi: *Mandatium nisi gratuitum nullum est; nam originem esse officii atque amicitiae trahit. Contrarius ergo est officii merces: interveniens enim pecunia, res ad locationem & conductionem potius respicit.*

Resp. 2. Mandans tenetur mandatario praebere necessaria ad mandati executionem, & solvere sumptus: ex cap. 6. *de procurat.* nam id aequitas & iustitia exigit.

Sed quid dicendum de eo, qui absentis & ignorantis negotium gessit sine mandato?

Resp. Is perinde ac mandatarius tenetur negotium alterius diligenter administrare tamquam suum, & refarcire damna absentis illata ex ejus culpa lata, immo levi, saltem si alius diligentior negotium illud susceperit, *infit. de oblig.* & l. 20. *Cod. de negot. gest.* Quia is, qui alterius negotium suscipit, diligentiam suam ac industriam promittit, & tenetur. Absens vero tenetur ei impensas & damna ex negotii administratione secuta compensare, & operam mercedem congruentem solvere; & si recuset, datur actio contra eum, l. 2. §. *de negot. gest.* idque etiam negotium male succedat, modo negotii gestor prudentiam & diligentiam debitam adhiberit. Nam cum res sit ipsa, & bonum communi esse possit, ut res & negotia absentium administrantur, aequum est impensas ea de causa factas, operas, & damna secuta compensari ei, qui talia negotia gessit. Hic autem rationem expensarum & recepti reddere debet, *infit. de oblig.*

CAPUT V.

De Emptione, & Venditione.

Quest. I. Quid est emptio, & venditio?

Resp. 1. Emptio est pactio pretii determinati dandi pro merce. Venditio est pactio mercis dandae pro pretio determinato. Unde realiter utraque non est nisi unus contractus mutus, qui absque traditione rei aut pretii perficitur, solo consensu partium exteriori significato, quo se mutuo obligant, venditor quidem ad mercedem tradendam; emptor vero ad pretium solvendum, l. 1. §. *de contrab. empt. & infit.* l. 3. tit. 24. Ita ut simul ac de pretio convenerunt, neuter resistere possit. Tamen sine traditione non habet ultimum suum complementum, nec transfertur dominium. At non ideo licet uni contrahentium altero invito ante traditionem a conventionne discedere, l. 3. *Cod. de rescind. vendit.* nam pacta obligant in conscientia.

An autem, cum arbiter datur, licet resistere cum sola illius iactura?

Respondet Delugo, hoc pendere ex consuetudine, quae intentionem contrahentium optime declarat. Quare si usus est, ut cum sola iactura arbitri impune recedat, ea solum videatur intentio. Alioquin censetur data arbitri ad securitatem obligationis contractae etiam ex parte dantis, qui eam implere debet.

Utriusque contractus iustitia in aequali valore mercis & pretii consistit. Merx est res quaevis pretio temporaliter estimabilis & parabilis; pretium vero est pecunia, quae investa est, ut sit mensura & pretium omnium, quae in contractus humanos venire solent. Nam ante usum pecuniae erat solum permutatio, quae est pactio mercis pro merce, ut etiam nunc pecuniae pro pecunia praesenti. Permutatio autem eadem leges habet, quas contractus emptionis & venditionis, exceptis iis, quae ad pretium spectant, ex l. ult. *de rer. permut.* & lib. 2. eod. tit. Nam in permutacione non datur pretium, seu pecunia pro alia re. Iustitia tamen exigit, ut sit aequalitas valoris unius rei cum alia.

Porro dixi pretii determinati, nam necesse est ut pretium sit definitum. l. 35. §. *de contrab. empt.*

Nota. Cum res venditur, censetur cum ea vendi id omne, quod est pars illius, vel cum ea conexum, & ejus accessorium, nisi expresse excipiatur. Si fundo emptor centauri arbores in eo consistat, & fructus pendentes vendi; nam fructus rei coherentes censentur pars illius, l. 44. §. *de rei vendit.* Secus de fructibus avulsis.

Quest. II. Quodnam est pretium iustum rerum venditarum?

Resp. Iustum pretium est illud, quod aequat valorem rei venalis. Duplex est, scilicet legitimum & vulgare, quod etiam naturale dicitur. Pretium legitimum est illud, quod lege principis, vel magistratus decreto constitutum est. Vulgare est, quod communi hominum estimatione constituitur, spectatis mercium copia, vel penuria venditorum, impensis, labore, periculis, modo vendendi, emptorum multitudinis, vel paucitatis &c. scilicet fraudibus ac monopolis iniuriis, juxta leg. *Pretia*, §. *ad legem Falcia.* Pretia rerum non est

affectus, nec utilitate singulorum, sed communiter sequuntur, hoc est, debentur.

Hinc pretium iustum & iustum potest esse diversum in diversis locis & temporibus, pro varia in his rerum estimatione. Pretium legitimum consistit in indivisibili, ita ut non liceat venditori illud augere, nec emptori minuire, nisi venditor sponte velit minus exigere. Quia publica potestas, pro vi quam habet obligandi suos subditos in ordine ad bonum commune, restringit pretium ad aliquod determinatum, itaque indivisibile. Vulgare vero habet quandam latitudinem, intra quam licet pluribus vel minoris vendatur aut emere. Ratio est, quia legitimum constituitur ab uno, vel a pluribus in idem contentibus: vulgare autem pendet a multis non idem omnino iudicantibus. Quod enim quidam aestimant novem, hoc alii decem, alii vero undecim aestimant. Quare ex communi sententia, triplex est vulgare pretium, nempe infimum, medium seu mediocre, & summum seu rigorosum. Sic juxta communem sententiam, si pretium medium fit viginti, infimum erit novemdecim circiter, summum viginti unum. Item si medium fit centum, infimum erit nonaginta quinque, summum vero centum quinque, aut circiter. Et ita cum proportione de aliis secundam estimationem prudentum; sic tamen ut latitudo sit major, si res sit pretiosior, & minor, si res sit minus pretiosa, ut patet in exemplis alatis, in quorum primo latitudo est trium aurocum, in secundo decem. Immo ipsum medium suam habet latitudinem, similiter infimum & summum.

Sed quid, si res quadam neque lege, neque ex communi estimatione hominum pretia habeant, cuiusmodi sunt gemmae exquisitae, aures rare, tabellae, statuae antiquae, flores, artefacta quadam rara, & similia, quae non sunt necessaria?

Resp. Res illae non possunt vendi pro arbitrio venditoris, sed vendi debent secundum estimationem peritorum. Ita *Caes. Navaar. Rebelius, Lessius, Sales, Delugo, & alii.* Quia iustum earum pretium sumendum est, non ex beneplacito domini, sed ex iudicio prudenti, spectatis novitate, antiquitate, raritate, utilitate, & aliis circumstantiis ad valorem rei venditoris. Nam non ideo restantii valet, quia venditoris placet tantum vendere, sed quia intelligenti iudicio tantum aestimatur. Et ne modo prudenter potest iudicare rem tantum valere, quanti potest vendi: pretium autem iustum debet esse prudenter aestimatum. Nec refert, quod nulla vis aut necessitas inferatur emptori; aliqui possent usum retinere, quando mutuum petitur ad usum non necessarium, ut ludus &c.

Quest. III. An licet vendere ultra iustum pretium, saltem extraneo, vel emere infra?

Resp. Neg. Ita nunc omnes Theologi. Constat, t. ex cap. 1. de emp. ibi: Prebiteri plebes suas admovent, ut non carius vendant transiuntibus, quam in mercato vendere possint. 2. Quia in omni contractu aequalitas iustitiae jure naturali servari debet ergo omnes; sed non servatur iustitiae aequalitas inter rem & pretium, si res plus vendatur, vel minoris ematur, quam valet. *Emptio & venditio videtur esse introducta pro communi utilitate induitum est, non debet esse magis in gravamen unius quam alterius, & ideo debet*

debet secundum aequalitatem rei inter eos contractus inhiui... & ideo carius vendere, vel vilis emere rem, quam valet, est secundum se injussum & illicitum. S. Thom. 2. 2. q. 77. art. 1.

Quare venditor tenetur in conscientia excessum pretii restituere. S. emptor supplere pretium justum. Nam illud quod excedit vel deficit, non censetur liberaliter ac gratis & absolute donatum, sed pretium datur solum tanquam debitum ac justum pretium mercis; merx vero tanquam aliquid aequivalens ac debitum pretio oblato: quamvis in foro externo non datur actio, nisi cum est injuria, seu laeso iura medietatem justii pretii, ad vitandam multitudinem litium, quae passim emergent, si ex quavis inequality daretur actio.

Cum autem in pretio vulgari datur aliqua amplius, licet vendere pretio summo, & emere infimo, nam utrumque justum est. Non licet tamen ei, qui aliquid pretio infimo vendidit, pretium occidit meris immunitate reducere ad medium vel summum: nam ageret contra conventionem, & contra jus alterius ex ea acquisitionem, siquae teneretur ad restitutionem. Venditio enim est perfecta consensio ementis & vendentis, etiam antequam tradatur merx.

Obj. L. 16. §. de minor. dicitur in pretio emptoris & venditoris naturaliter licere contrahentibus se circumvenire.

Resp. Id intelligendum est intra latitudinem vulgaris ac iusti pretii; vel solum significatur in foro externo non dari actionem, nec penam prolesione infra simidum. Aliqui lex illa iniusta ac nulla esse, & revocare illi legi divinae naturali 2. ad Theol. 2. ne quis supererogatur, neque circumveniat in negotio fraterrem suum, quoniam videtur est Dominus de his omnibus.

Nota. Est iniustitia, quoties, dato iusto pretio, additur emptori vel venditori onus aliquid pretio aestimabile, quod non compensatur. Nam tunc est inequality: nam emptor ultra pretium justum, vel venditor ultra rem venditam compellitur ad aliquid pretii aestimabile, pro quo nihil rependitur. Delugo.

Quest. IV. An qui fraudis vel mendacio induxit alium ad emendum majore pretio, quam alias emisisset, quamvis non excedente summum, peccat, & tenetur ad restitutionem?

Resp. Affirm. Quia emptori est illius damni vel lucri cessantis causa per injuriam: nam quicquid habet jus, ut fraude, vel mendacio, aut vi non indicatur ad aliquid damnum patendum, vel lucrum amittendum.

Quest. V. An sunt aliqua causa, ob quas liceat res plures vendere, vel minoris emere, quam aliqui valeant?

Resp. 1. Etiam nunquam liceat rem plures vendere, vel minoris emere, quam hic & nunc valet, omnibus consideratis, cum alias non servaretur aequalitas iustitiae inter mercem & pretium; sunt tamen variae causae plures vendendi, vel minoris emendi rem, quam aliquid valeat pretio vulgari, eo quod ob illas plures vel minoris aestimetur & valet, quam si absissent.

Resp. 2. Ex communi sententia, causae plures vendendi haec sunt. Prima, lucrum cessans, vel damnum emergens, deductis deducendis: ut si merces, quas

in aliud tempus servare decreveras, quo plus probabiliter valiturae sunt, vendas in gratiam alterius, ex c. ult. de usur. aut si vendas merces, quas cogeres postea carius emere. Nam praeter pretium nec currens exigi potest compensatio laesurae lucri sperati, & damni, quae ex alienatione rei sequuntur, ut dixi de mutuo; venditor enim non tenetur ex iustitia cum suo damno vendere. Sed tunc cum venduntur merces anticipata pretii majoris taxatione, deducti debent impense, quas venditor facturus erat ad servandas merces usque ad statutum tempus, & computari aestimatio diminutionis, deteriorationis, & periculi harum mercium in id tempus servandarum. Alioqui non servaretur aequalitas, & venditor exigeret ultra suam indemnitatem, itaque plus quam sibi deberetur. Exigeret enim totum lucrum cessans, non compensando damnum ac periculum, quod subiret, merces suas servando, & quo immunitis est eas vendendo. Item vendenti ante tempus, quo statuerat vendere, licet convenire cum emptore, ut solvatur pretium five majus, five minus, quod res valebit eo tempore, quo venditor decreverat vendere, sed deductis mox dictis.

Secunda causa, est affectus rationalis domini erga rem, quae venditur in gratiam alterius, ut quia est antiqua, quia a principe vel a majoribus accepta &c. Atque etiam oblectatio; nam molestia subeunda ex carentia rei specialiter amata, & privato oblectationis in gratiam alterius, sunt pretio aestimabiles, tanquam incommoditas quadam, perinde ac privato utilitatis. Sed illud pretium debet esse moderatum iudicio prudentium: affectus enim immoderate intra terminos rationis & moderatissimi redaci debet, nec pretio enormi redimi.

Nota. Cum ad praedictas causas plus exigitur, emptor de hoc monendus est aliqui et fieri injuria. Nam ipso ignorante, itaque non consentiente, acciperetur pretii excessus pro aliquo meriti extrinseco, cum tamen ipse solum consentiret in pretium mercis secundum se spectatae, & forte rem non emeret, sed aliunde sibi provideret, si sciret pretium propositum esse majus, quam res secundum se valeat. Praeterea desiperetur circa valorem rei absolutum, & alios postea decipere possit.

Tertia, ex copia emptorum vel pecuniarum, & penuria mercium, ut fit, v. gr. in adventu subitoto principis, exercitus &c. Id enim pluries aestimatur, quod a pluribus queritur, quodque difficilius vel minore copia invenitur.

Quarta, pericula, impense, labores in rebus illis conquirendis, conservandis &c. communiter occurrentia; nam haec sunt pretio aestimabilia; nisi tamen merces illae jam fuisse habent pretium, quo passim venduntur: nam tunc in pretio aestimando jam habita est ratio laborum & impensarum, quae communiter fieri solent. Dico, communiter, Nam si quis plures impensas fecerit, & plus laboris, vel periculi, aut damni subierit, quam alii communiter, non potest idem pretium augere, sicut non tenetur minuire, si ordinarias impensas non fecerit. Quia infortunium vel difficultas, sicut felicitas vel industria unius venditoris non mutat communem aestimationem quae sumitur, a communiter accidentibus: res quippe tanti valet, quantum aestimatur communiter; non quanti per infortunium, vel imprudentiam aliquibus constat.

Quin-

Quinta, modus vendendi, ut cum res venditur in parva quantitate & minutim; tunc enim propter labores, impensas, operas & curas, quae ad id excurrunt in magna quantitate.

Resp. 3. Ex communi sententia, sunt quoque variae causae, ob quas licet minoris rem emere, quam alias valet.

1. Si res emptori parum fit utilis, nec tam emat nisi in gratiam venditoris. Res enim vilescit tunc ex eo, quod emptores non inveniuntur, tunc ex eo quod res empti parum fit utilis. Item fit ultro offerantur, & emptores quantant aut rogemur iuxta illud estatum; Merces ultroneae vilescunt: quia hoc indicat paucitatem emptorum: nisi tamen aliud caritas exigit; neque enim licet vilius emere res pauperum, quas ipsi necessitate compelli venales proponunt, eo solo praetextu quod offerunt venales. Immo ob necessitatem praesente, qua proximi rem suam vendere cogitur, pretium imminuit injustum est, perinde ac illud augere ob necessitatem, vel utilitatem emptoris: quia sicut emptoris necessitas non augeat valorem rei, sic venditoris necessitas eundem abique alio titulo non minuit.

2. Ob emptorum paucitatem. Quia id minoris aestimatur, quod minus queritur.

3. Ob mercium copiam supervenientem. Tunc enim vulgare pretium minuitur: quia minoris id aestimatur, cuius major est copia.

4. Cum merces in magna quantitate simul emuntur; tunc minoris emi possunt, quam si minutim & per partes emerentur. Quia hoc vendendi modo mercator laboratur multis curis ac impensis & operis, quas circa illa subicit; & fit expeditior ad novam merces comparandas, quod magis ipsi venditoribus est, quam si eas pretio ordinario sensim vendidisset.

5. Cum venduntur auctione publica, seu sub hasta, tunc possunt minoris emi, & interdum plures vendi, quam ferat pretium mercatorum. Quia ibi res sortuito ac incerto pretio subiciuntur, ita ut seclusa vi, fraude & subornatione, possint iuste minoris emi ob licitantium paucitatem ac frigus, & plures vendi ob offerentium multitudinem ac fervorem. Quare iuxta multos iustum illius fori pretium est illud, quod abique vi, fraude, & subornatione offeratur & acceptatur ab intelligentibus, ut passim refert eruditiorum ac piorum sensus & usus, in quoniam publica potestas tacite consentire videtur.

Dixi, absque fraude &c. Nam si per fraudem, vel subornationem extrahatur res extra pretium mercatorum, tunc erit iniustitia, & obligatio restituendi; ut si venditor inducat fictum licitorem, ut augeat pretium; vel si emptor impediatur alios, ne pretium libere augeant, vel per vim aut fraudem avertat alios ab emendo. Nam quicquid jus habet, non fraudem aut vi impediatur eius commodum.

Quest. VI. An licet plures vendere rem eo quod sit emptori valde grata, vel utilis, aut necessaria?

Resp. Neg. Ex communi sententia. Quia haec utilitas, affectus, necessitas non est aliqui vendentis, sed est ex conditione ementis: at iniustum est vendere rem carius propter aliquid, quod suum non est. Ita S. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. ubi ait. Si aliqui multum iuggetur ex re alterius, quam accepit, ille vero qui vendit, non damnificatur cavendo re illa, non debet eam super vendere: quia utilitas qua

alteri accessit, non est ex venditione, sed conditione ementis: Nullus autem debet vendere alteri quod non est suum, licet possit ei vendere damnum quod patitur. Hinc iniuste mihi carius vendit domum tuam mea contiguum, quia mihi perutilis est.

Quest. VII. An privatus sciens pretium mercis brevi auctum vel imminutum iri, potest iuste eam pretio currente vendere, vel emere, non monito alteri contrahente?

Resp. Affirm. modo absit fraus omnis. Ita S. Th. 2. 2. q. 77. art. 3. ad 4. & alii communiter. Quia pretium currente, sive sit legale, sive communi estimatione constitutum, est iustum & nondum immutatione. Nam scientia privata vendentis vel ementis non mutat decretum magistratus, nec communem estimationem, unde petitur iustum rei iustitiae pretium. Sic Ioseph. Gen. 41. scies privatum fore magnam frumenti caritatem, sumentum Aegypti pretio currente emit, quod postea carius vendidit: eadem autem est in eo casu, quantum ad iustitiam, venditoris ac emptoris conditio. Idem dic de pecunia, cuius valor praesens iustus est: donec per edictum principis mutetur.

Sed observa. 2. Potest interdum in hoc peccari contra caritatem, ut si pauperi magnam copiam rerum brevi emendandum vendas. Ita Rebekus, Reginaldus & alii. Quia caritas vetat, ne proximum in gravem necessitatem conicias, ut lucris; sicut jubet ei subveniri etiam cum aliqua bonorum tuorum iactura. Quare si peccas contra caritatem non subveniendo proximo in gravi necessitate constituto, cum potes sine tuo gravi incommodo; a fortiori peccabis, si eum in talem necessitatem conicias, ut lucris.

3. Est contra iustitiam vendere pretio currente res, quam pretium emittendum est ob ipsius rei vitium: nam eo ipso res illa jam censetur esse tunc vitiosa, ac proinde iam nulla minus valet. Ita communiter. Hinc qui occulte fecit suum debitorem pretio non esse solvendo, non potest hoc debitum pretio ordinario vendere; quia hoc debitum jam vitiosum est in se; cum desit illi obligatio valor multum pendat a solationis certitudine. Ita Lessius.

3. Si interrogatus, aut pretium mittendum fit, neges, & ideo alteri inducat ad emendum; ex communi sententia peccas contra iustitiam, & tenetur restituere. Quia mendacio, ideoque via iniusta inducis proximum ad contrahendum cum suo damno; & iniustum est, proximo bonum fraude, mendacio, vel dolo impeditur aut minuire.

4. Magistratus peccat contra iustitiam, & tenetur ad restitutionem, si pretium rerum mittit ob privatam suam utilitatem: vel si edicti iusti promulgationem differant eo solum sine, ut prius merces vendant, aut emant, vel pecuniam distrahant; aut si alicui legem brevi promulgandam significant, qua notitia ille utatur cum aliorum detrimento. Ita Rebekus, Delugo, & alii multi. Quia ex suo officio tenentur impedire damna vitium, & curare ne ex suis decretis damnum aliquibus praesens eveniat. Enimvero eorum officium in communem utilitatem institutum est: ergo non possunt eo uti in damnum aliorum, ob utilitatem propriam, vel privatam alterius.

Quest. VIII. An excusetur venditor ultra pretium iustum, eo quod emptor tale pretium offerat, Resp.?

Resp. Neg. Est communis sententia. Quia emptor non vult liberaliter donare excessum pretii iusti, sed emere & solvere maximam iustum pretium. Unde excessum non offert, nisi ex errore tollente voluntarium, vel ex necessitate aut affectu erga rem illam: que non augent pretium meritis respectu venditoris, cum sint ex conditione emptoris. Si tamen contingeret excessum illum liberaliter donari, ut facerent aliquando principes, posset retineri; donatio enim liberalis est iustus titulus, ob quem etiam emptor poterit minoris emere. Sed hoc nunquam profumi debet, nisi absint ignorantia iusti pretii, necessitas, fraus ac coactio, & adit aliqua causa, ut consanguinitas, amicitia, amicitia, vel liberalitas.

Quest. IX. Si venditor ignoret valorem mercis sue, ad quid tenetur emptor?

Resp. Ex communi sententia, tenetur illum aperire, si rogetur, alioqui iniuste decipiet. Si non rogetur, tenetur pretio iusto faltem infimo emere, quamvis minus ex ignorantia patetur. Nam non servaretur equalitas; & iniustum est, rem emere vel vendere minori pretio, quam communi estimatione valeat, cum hoc pretium sit iniustum. Neque enim venditor intendit donare id quod deest iusto pretio; sed rem uti est vendere iusto pretio; & manente ignorantia, quevis ejus condonatio non est voluntaria, nec proinde valida.

Quest. X. An qui scit in agro alieno latere thesaurum, licite emit agrum pretio communi, ut fiat dominus totius thesauri?

Resp. Assumunt quidam Doctores. Quia 1. Christus, Matth. 15. inquit non licet licere. 2. Theaurus non est pars fundi, nec ejus fructus, cum ibi non natus, sed postius fuerit, nec pertinet ad dominum agrum, donec cum invenitur, cum thesaurus in nullius bonis sit, *insit, de rer. div. 3.* Iustum pretium rei petitur ex communi estimatione, non ex utilitate soli emptori nota, quam est per accidens, cum extrinseca rei. Nec emptor tenetur indicare, cum cullebet licet uti propria scientia ad acquirendam rem, que nullius est: verum alii negant.

Aliud est de venis metallicis, vel alio minerali, que latent in agro: nam sunt partes fundi, qui non consistit in sola superficie, sed in toto profunditate usque ad centrum terrae, aut faltem profunditate agrum. Ergo fuit domini agrum, & in ejus fundi debet haberi eorum ratio, cum vere sit ementur. Sunt tamen qui docent, si emens id nesciverit, & bona fide emerit, non teneri hoc compensare: quia que a nemine cognoscitur, non estimatur pretio, sed fe habent in estimatione hominum tamquam si ibi non essent.

Quest. XI. An licet iusto pretio vendere ob dilatatam solutionem pretii, vel minoris emere ob anticipatam?

Resp. Neutrum licet, nisi adit alius titulus iustus, ut lucrum cessans, vel damnum emergens. *Est communis sententia, & conitat, q. c. 6. & c. 10. de usur.* Quia res non venderetur aut emeretur pretio iusto: nam pretium iustum est illud, quod aut lege, aut communi estimatione constitutum currit. Neque pretium debet estimari ex anticipatione, vel dilatazione solutionis: nam periode iustum est, si illud nunc detur, vel solum post annum. Sola quippe ratio temporis per se nihil confert ad pretium; alioqui usura esset licita, & pecunia numerata esset

pretiorum numeranda, quod damnavit Innocentius. XI. Unde solutio futura per se aequalis est estimationi cum presenti. 2. In dilata vel anticipata solutione est mutuum implicium & virtuale: nam cum creditor concedit dilatazione solutionis, periode facit, ac si acceptam a debitore pecuniam eidem usque ad tempus mutaret. Similiter qui solutionem pretii anticipat, idem prastat, ac si nunc mutuum daret pecuniam usque ad tempus meritis accipienda. Ratione autem mutui aliquid ultra valorem rei exigere iniustum ac usurarium est. Ita S. Th. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 7. ubi ait: *Si aliquis carius velit vendere res suas, quam sit iustum pretium, ut de pecunia solvenda emptorem expectet, manifeste usura committitur: quia huiusmodi expectatio pretii solvendi habet rationem mutui. Unde quidquid ultra iustum pretium pro huiusmodi expectatione exigitur, est quasi pretium mutui, quod pertinet ad rationem usure.* Similiter etiam si quis emptor velit rem emere viliori, quam sit iustum pretium, eo quod pecuniam ante solvit, quam possit et res tradi, est peccatum usure, quia etiam ista anticipatio solutionis pecuniam habet mutui rationem, cuius quoddam pretium est, quod diminuitur de iusto pretio rei empti.

Ex communi tamen sententia, licet numerata pecunia vendere pretio infimo, non numerata summo, quia utrumque iustum est. Hinc iustum est nunc emere pretio corrente triticum tradendum eo tempore, quo speratur plus valiturum. Licet tamen merces emere minore pretio, quam valeant cum emuntur, & datur pretium, si verisimiliter putentur minus valituro tempore quo tradentur: nam alias emptor damnatum pareretur.

Nota. Mercatoribus, qui credito vendunt merces, non licet plerumque aliquid supra iustum pretium exigere ob lucrum cessans. Quia raro lucrum eis id eo cessat; immo ordinario augetur: nam fe vendendo, plures emptores habent, & plures merces vendunt, quam si exigerent solutionem presentem, & liberi sunt a periculo, & labore conservandi merces.

Quest. XII. An licet credita, chirographa, & census minoris emere, quam continent: v. gr. an jus ad centum nummos solvendas intra annum emi possit numeratis tantum monaginta?

Resp. 1. Si hoc sint litigiota, vel si eorum solutio sit incerta, aut cum difficultate ac molestis exigenda, licite emuntur minoris quam continent: nam tunc in estimatione communi minus valent. Hinc ex l. Minus §. de reg. jur. *Minus est actionem habere quam rem, que scilicet certo & sine molestiis ac sumptibus haberi nequit.* Idem dic si ex tali emptione lucrum cesset, vel damnum oriatur ementi. Non licet tamen ipsis debitoribus ea debita minoris emere, cum sint causa eorum minoris estimationis, & teneantur ad integram solutionem. Quæritio vero publici, & si quibusincumbit aliorum debita solvere, si cum creditoribus dure ac moleste agant, ut ad creditum ipsis vel eorum amicis vendendum adigant, tenetur ad restitutionem; cum sint causa iniusta difficultatis solutionis & damni.

Resp. 2. Secluso lucro cessante, vel damno emergente, non licet credita & chirographa liquida ac securam minoris emere quam continent. *Est communis sententia; teste Delugo.* Prob. Quia non servaretur equalitas pretii cum re empti; nam minoris emere-

tur creditum quam valet. Jus enim ad debitum liquidum mille aureorum exigendum, & certo recipiendum quæ difficultate ac molestia, valet mille aureos: nam si debitum illud quod emitur, non esset exigendum post annum, sed nunc, idque sine ulla difficultate, molestia ac damno, non potest dici non valere mille aureos; sed ob solam dilatazione temporis non potest minuique valor, alioqui usura esset licita. Præterea mille aurei certo in futurum solvendi tanti valent, quanti mille presentes, ut constat ex propo. 41. ab Innoc. XI. damnata.

Ob eandem rationem non licet census jam constitutos, nulli pretio expolitos, emere infra pretium lege vigente taxatum. Alioqui emeretur vitium iustum, cum pretium legitimum sit indivisibile, & census jam constitutos nulli periculo ac difficultati expolitos tanti valent, quanti novus. Quod si lex sit abrogata per consuetudinem legitime præscriptam, vel revocata ex consensu faltem tacito principis, ita ut census constitutos habeat pretium vulgare, (ut varii dicunt ex consuetudine habere) potest emi infimo pretio censu, qui summo venditus fuit, cum utrumque iustum sit. Non tamen potest redimi a vendente, nisi eo quod emptus est pretio: quia ad iustum venditionem cum pacto retrovendi requiritur, ut venditor idem pretium ab emptore datum reddat, cum hoc pactum fit simile pacto rescindendi contractum.

Quest. XIII. Ad quid tenetur qui falsam monetam pro vera ignoranter tradidit?

Resp. Tenetur ubi id novit, veram tradere; vel si non potest, rescindere contractum, quia rem dedit intrinsece ac substantialiter vitiosam, & se obligavit ad dandam veram monetam. Item quia fuit error circa substantiam monetæ, que est materia contractus; & alioqui esset inæqualitas, que ubi innotescit, redaci debet ad æquitatem, ne fiat inimica.

Quest. XIV. An licet vendere res defectuosas, vel mixtas?

Resp. Ex communi doctorum sententia, peccat contra iustitiam, & tenetur ad restitutionem, 1. Qui scienter vendit rem vitiosam, five in substantia, tunc enim contractus est etiam nullus, ob defectum consensus substantialis; five in quantitate seu pondere, numero vel mensura, ex Deut. 25. *Non habebis diversa pondera majus & minus, nec erit in domo tua mediis major & minor.* Pondus habebis iustum & verum, & modius æqualis & verus sibi erit. Abominatur enim Dominus Deus tuus tum, qui facit hoc, & auferatur onem iniustitiam; five in qualitate, non minuto pretio, etiam si vitium non sit noxium. Nam in his casibus violatur equalitas, quam iustitia exigit: non enim servatur equalitas inter rem & pretium: nam res defectuosa vel vitiosa in quantitate vel qualitate minus valet, quam integra & bona. Ergo non potest iuste vendi, nisi pretio minore pro ratione defectus. Quod si qualitas rei sit noxia, venditor tenetur emptori de damno, cum fuerit ejus causa iniusta.

2. Qui vendit rem mixtam alia viliori, v. gr. vinum aqua mixtum, vel farinam frumenti mixtam hordeacea, si mixtio noxia sit, vel reddat rem inutilitatem ad deteriorum. Quia iniuste decipit emptorem, qui res puras non mixtas putat & vult emere, eique iniuste inferitur damnum contra bonam fidem contractus.

Antient. 2. l. col. Moral. Tit. II. p. II.

Immo etiam res mixta non fiat deterior, nec inutilis, non licet eam vendere eodem pretio ac si esset pura. Quia minoris valet, esse iniustum, & eodem pretio rem vilium, quo postea non v. gr. triticum vendere secundum aliquam quantitatem. In eisdem autem rebus mixtis est alia quantitas retilis. Ita S. Antonius 2. par. 1. 2. c. 17. *Rebollar, Tamburin, & alii multi.* Nec refert, quod vitium sic mixtum aque vel fortassis melius acciderit est, quam si esset purum: hoc enim per accidens est, & emptor admiserit equam poterit. Vinum autem mixtum est minoris æstimabilis ac valoris secundum se, quam purum, etque in fe deterior, & citius accedit, & ad plures effectus minus utilis est. Igitur tunc minui debet pretium pro ratione mixtionis.

3. Qui vitur aliquo artificio, ut meris bonitas magis appareat, & ideo vendit supra summum. Non enim ideo plus valet, quam bonitas non inde augetur. Item qui aliquo artificio auget pondus vel extensionem meris, v. gr. avenam aqua perfundit, ianiam ponit in locis humidis, ut fiat ponderosior. Nam emptor decipitur in pondere & mensura; & res vere ac in fe minore habet quantitatem.

Quest. XV. An venditor tenetur aperire vitium ad defectum rei venalis?

Resp. 1. Si emptor querat, an res careat vitio, venditor tenetur ex iustitia aperire rei vitia; preteritum occultata. *Est communis sententia Doctorum, inquit Lessius.* Quia alioqui emptorem iniuste deciperet; nam emptor habet jus cognoscendi rem, quam vult emere, & ut ei secundum veritatem respondatur, idque bona fide contractus solvatur. Quare fe venditor afferat vitio carere rem, quo occultatum habet, & ideo illicitat emptorem ad eam emendam, alias non emptorem, tenetur ad rescindendum contractum, si emptor velit: quia dolus illi causam dedit. Si vero eam emisset quidem, sed minoris, venditor tenetur ei restituere ex pretio quanti minoris iuste emisset; nam eam eum decipit, eique fecit injuriam, l. 15. §. de action. empt. Quod si venditor putaret manifesta vitia non deprehendi ab emptore, tenetur etiam illa aperire, inquit Lessius, quia generatim rogetur de omnibus.

Resp. 2. Si res putetur noxia, vel inutilis ad usum ad quem petitur, venditor etiam non rogatus tenetur ejus vitium aperire, alioqui renobitur ad restitutionem pretii dati, & damnum inde secutorum; ut si vendat, est pretio modico, corium fragile, vel pannum adustum pro durabili, equum legem se generoso, animal infirmum pro sano, donum ruinofum pro firma, semina corrupta pro recentibus, carnes infectas, orem moribundam, ex qua grex morbum contrahat, tigna vitiosa, unde æres corrumpit &c. *Est communis sententia; & conitat, 1. Ex l. 13. §. de action. empt. & alius.* 2. Quia eo casu conleuet emptor involuntarius, & quasi dolo a emendum inducitur, cum putat, merces bonam & sibi utilem offerri, taleque solum emere velit, & tamen noxia aut inutilis offertur. 3. *Fenditur ex hoc ipso dat emptori damni vel periculi occasio, quod rem vitiosam ei offert, si ex ejus vitio damnum vel periculum incurriere possit,* ait S. Th. 2. 2. q. 77. art. 3. *Sed qui occasione damni dati, damnum dedisse videtur;* cap. ult. de injur. Idem dic, si rem vitiosam vendas emptori revendituro, quia etiam causa periculi,